





TENTAMEN INAUGURALE JURIDICUM  
DE  
JURE PROTİMISEOS GERMANICO

401

1797 1.

AUTORITATE AMPLISSIMI JURECONSULTORUM ORDINIS  
SUB PRÆSIDIO  
DOMINI

SIXTI JACOBI KAPFF 12

JURIS UTRIVSQUE DOCTORIS ET PROF. PUBL. ORDIN.  
SERENISSIMI WIRTEMBERGIE DUCIS CONSILIARII INTIMI  
DICASTERII SUPREMI ATQUE COLLEGII ILLUSTRIS ASSESSORIS  
FAUTORIS SUI AC PRÆCEPTORIS PIE COLENDI

PRO LICENTIA

SUMMOS IN JURE HONORES CAPESSENDI  
DIE XXVII. SEPTEMBRIS MDCCXCVII.  
PUBLICÈ DEFENDENDUM

AUCTORE  
CHRISTIANO CAROLO AUGUSTO KLOTZ  
TUBINGENSI  
PHILOSOPHIÆ MAGISTRO

TUBINGÆ TYPIS FUESIANIS.

*W. Kapff de jure protimiseos Germ.*



Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non *peregerunt*; multum  
adhuc restat operis, multumque restabit; nec ulli nato post mille secula pra-  
cludetur occasio aliquid adhuc adjiciendi.

*Seneca.*

## PROLEGOMENA

**P**rotimiseos Jus materiis illis, quæ inter speciales Jurisprudentiæ privatæ partes referri solent, est adnumerandum. Jus hoc Protimiseos, quatenus est *objectum Juris Germanici*, curatius considerare, ex meris Juris Germ. fontibus & *historicis* monumentis illustrare, & ex hisce ponderosa quædam *confectaria* illud concernentia, nec solum litterario sed & practico potissimum usui inservientia derivare atque ad liquidum perducere, instituti nostri ratio est, in qua tanquam in centro cuncta speciminis nostri capita conveniunt. Equidem lubenter fatemur, timidiuscule nos ad thematis hujus explicationem accedere, cum haud exiguas difficultates a nobis superandas eminus videamus. Per loca salebrosa ad intimiorem objecti nostri pervestigationem nobismet demum aperiendus est; siquidem in tanto librorum colluvie æstuque, veluti Protimiseos & qui huic adfinis est, *Retractus jurium illustrandorum*, nemo adhuc in eo versatus fuerit, ut Juris Protimiseos, ceu institutum Germanicum considerati pertractationem ex ipsis fontibus, antiquiorum videlicet temporum legibus earumque inter se comparatione haustam ederet. In plerisque Juris Privati Institutionibus Protimiseos Juris tractatio omnis duarum triumve linearum spatiolo inclusa, & non nisi generalissime concepta est, adeo ut is, qui cogitatione & meditatione sua ponderosam hanc Juris particulam ulterius persequitur, & principia illius patria a peregrinis segregare studet, in haud paucis quæstionibus atque dubiis, tanquam in scopulis, incertus ac destitutus hæreat. Verum nihilo tamen minus manum operi admoveamus, cogitatio enim, nos in elaborando specimine nostro rationibus stabilitam persuasionem nostram sequi, fulturæ loco nobis, inserviat.

**R**atio instituti postulat, ut ante quam historica Juris Protim. momenta congeramus, & quæ ex hisce profluunt, *confectaria* proponamus, breviter generaliora quædam circa Protimiseos Jus, definitionem scilicet, & descriptionem characterum quorundam essentialium, universim in quavis specie obvientium, originariam illius indolem concernentium, præmittamus, ex quibus speciminis nostri quod argumentum, quæ quasi materia subjecta sit, apparere queat.

A

Jus

2

— — — — —

*Jus Protimiseos* (Germanis *Vorkaufs-Recht*, Einstands Recht, Abtrieb, Zugrecht, Näherkauff, Lachbietung \*) Hinterziehungs-Recht, \*\*) — si ad etymon verbi protimisis recurras, — ex vocalibus jus, πρῶ & τιμῶν compositum, & inspecto vocabulo Germanico Jus præferentiæ in emendo præ aliis significans, generaliter sic definiiri potest, quod sit *restrictio libertatis alienandi* intuitu personarum, in quas alioquin alienare possemus. Quum vero hæc ad notionem rei distinctam & plenam efficiendam non sufficiant, specialis illud sic licet definiatur, quod sit *Jus singulare quoddam & præcipuum rem in casu alienationis præ aliis emendi vel acquirendi*. Jus Protimiseos (ut & descriptionem addamus) est jus quoddam præferentiæ personæ certæ competens ad rem alterius venalem *præ aliis* acquirendam, si quidem tantum dare voluerit, quantum aut conventionem fuit determinatum, aut quanti dominus aliis rem acquirere cupientibus eam alienaret, jus, cui respondet domini rem alienaturi obligatio, alienationem, imminens isti personæ *denuntiandi*, rem ipsam eidem *offerendi* & insuper *præ aliis cedendi*, si modo tantum dare voluerit quantum conventionem de pretio inita placuit, aut quantum ab aliis, quibus alioquin dominus rem alienaret, revera accipi potest. Nobis vel non momentibus ex hac descriptione pronò alveo fluit, quod Jus Protimiseos *conditionatæ qualitatis jus* sit. Pendet enim illius vis & efficacia a complemento conditionis: *si* is, qui eo gaudet, tantum præstare velit, quantum alii rem emere aut acquirere revera cupientes, quibusque dominus alioquin rem alienaret, præstarent. Neutiquam igitur jus est, quod *simpliciter* exerceri possit, & præferentiam absolutam involveret, sed tale potius, quod in certum casum restringitur. Is, cui prærogativa hæc competit, rem præ aliis emendi seu acquirendi facultatem non habet, *nisi* pro eodem pretio & sub eadem alienationis lege, quibus alii rem istam sibi acquirere cupientes sese subicerent, quibusque domino satisfaceret, rem suam facere paratus sit. Et pariter ille, cui obligatio Juri Protim. respondens incumbit, tunc demum ei, qui prærogativa illa fungitur rem præ aliis alienare obstrictus est, *si* hic idem solvat, quod alii solvere volunt, cujusque intuitu ille rem suam his alienaret.

Ex

\*) DEYER de usu Jur. Anglosax. pag. 110.  
 \*\*) HORN, Jurisprud. Feud. p. 237.

Ex omnibus his iterum sua sponte sequitur, Jus Protim. *primario ante alienationem rei tertio jam factam*, exerceri. Ast ut ante alienationem ejusmodi id exercere possimus, necessario, quod res sit venalis, ad notitiam nostram pervenire oportet. De his autem modo indubitato haud aliter certiores reddi possumus, quam per dominum ipsum rem suam alienaturum, ideoque necessaria hujus est obligatio alienationem imminentem nobis *denuntiandi* & rem venalem *offerendi*. Hinc *denuntiatio* & *oblatio* ex parte venditoris inter essentielles Juris Protim. characteres referenda est, quippe quo ab aliis jurebus haud abfimilibus potest discerni. Quodsi ergo in lege vel dispositione privata sive antiquiori sive recentiori obligationem ad *offerendam* rem in casu alienationis personæ cuidam injunctam legimus, ex hoc termino ad Jus Protim. in concludendo nos omni jure progredi, nostra opinione extra omnem dubitationis aleam positum est.

Modi jus protimiseos constituendi varii cogitari queunt. Præcipuæ autem causæ efficientes sunt *lex* atque *conventio*. Pariter etiam varia ejus objecta cogitare possumus. Proinde aliter ratione causæ productivæ proximioris, aliter vero ratione objecti in varias species dividi poterit Protimiseos jus.

*Primarius* Juris Protim. effectus est *inalienabilitas rei cujusdam respectiva* & *conditionata*. Constituto nimirum Protim. jure res quædam in casu alienationis cum *præclusione tertii cujuslibet ei duntaxat, qui illo gaudet atque tantum solvit quanti aliis, ea alienaretur, potest alienari*. Efficitur Jure Protimiseos tertii cujusvis ab acquisitione rei cujusdam præclusio. Sed pariter etiam ad exercendum illud requiritur, *ut is, qui eo fungitur, idem præstet, quod revera ab aliis accipi posset*.

Hæc dicta sunt de generalioribus, quæ nobis necessario præmittenda videbantur, momentis. Transeamus jam veritate duce ad ipsam pertractationem Juris Protimiseos ceu objecti Germanici! Secundum instituti nostri rationem omnis disquisitionis nostræ duas sectiones facimus, quarum prior exhibebit *historica* a nobis eruta Jus Protim. concernentia *momenta*, altera, quæ ex hisce prodeunt *confectaria* sitemati Juris Germanici Privati inferenda sistet.



## SECTIO I.

Legum, Jurium Statutariorum & Monumentorum, quæ Protimiferos Jus in se complectuntur, series.

### 1) *Leges Germ. antiquæ.*

Vetustissimum, quod nobis ad antiquissima Germaniæ tempora retrorsum scandentibus cruere contigit Juris Protim. Germanici exemplum in *Lege Gothorum* cænæ vetustatis, & *Lumberi* opera collecta extat. Ibi enim Tit. de jure agrar. C. VI. sancitum legimus :

„Si quis suam terram vendere velit, eam legitime *repræsentabit heredibus suis* cum inspectorem vel inquisitorem judicium instituat pro heredibus, „*ibique offeretur* illis terra emenda quos judicium producet, mensura citatio- „*ne a judicibus facta.* Si quis heredum intra mensuram spatium sitat judicio „ad emendam terram, *hujus rei facultas ei erit.* Si se non sitat, possessor „*terræ in judicium se conferet, & cum cognitione & consensu vendet terram* „*illi, qui majus judicium profert.*“ (cf. DREYER, de usu genuino Jur. Anglo- fax. p. 14.)

Alterum exemplum non minus vetustum in *Legibus Saxonum* Se- culo VII. ut inter omnes constat conscriptis deprehenditur. Ibi Tit. XVII. (Edit. CANCIANI, Barb. Leg. Ant. Vol. III.) tenor orationis is est :

„Liber homo, qui sub tutelæ nobilis cujus liber erat, qui jam in exilium „*missus est, si hereditatem suam necessitate coactus vendere voluerit, offerat* „*eam primo proximo suo;*“

Porro in *Jure Feudali Longobardico* II. F. 3. §. 1. sancitum legimus :

„Sed etiam res, cujus alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conce- „ditur, nisi in casibus: ut ecce si quis ex agnatis suis rem, quæ a commu- „ni parente per successionem ad eum pervenerit, alienare voluerit: *non per-* „*mittitur ei etiam secundum antiquam consuetudinem alii eam vendere, nisi* „*tibi vel alii proximiori pro aequali pretio accipere volenti.*“

Deinde medium ævum quod adinet, primo in speculo *Saxonico* consuetudines usu quodam universali vel saltem frequentiori in terris Saxonici Juris servatas continente, Lib. I. 1 tit. 52. memorabilia pro- rant verba :

„*Ohne der Erben Laub* und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen „*Gut, noch seine Leute vergeben.* — Vergiebet er es aber *wieder Recht oh-* „*ne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Guts wohl unterwinden mit* „*Recht,* als ob er todt were, der es gab, darum daß er es nicht vergeben „*mocht.* &c.

In speculo *Suevico*, collectione consuetudinum in terris Suevici Juris servatarum, eadem fere verba legimus Cap. 312.

„*Giebt*



„Giebt eyner sein eygen wider seyner Erben Willen hin, und an des Vogts  
 „Ding. sy sollen für den richter faren, und sollen es versprechen und der  
 „Richter soll es antworten den Erben.“ *Et.* (V. Corp. Jur. e Bibl. SENKEN-  
 „BERG T. II. p. 305.)

In Jure *Casareo* (Kayserrecht) a SENKENBERGIO in lucem pro-  
 tracto Cap. CIII. legimus:

„Wo der man verkouffet gut, Do der Son mede geerbet ist *unn* vorhen-  
 „get ez der Son nicht Daz gewinnet her weder met rechte by dez vater lebta-  
 „gen, una ist denn des Sunes nun nicht dez vaters. So mag ez der der Son  
 „verkauffen med Rechte oder vorgebin ane dez Vaters willen Sint der Vater sinus  
 „rechtes vertzych, Do hers verkouffte.“ *Et.* (v. corpus Jur. Germ. SENKEN-  
 BERG. T. I. p. 69.)

Pariterque in Cap. XXVIII. ita:

„Eyn icheich man fal wissin daz der Keyser Gnade hat gethan, daz se  
 „dorch nod mod verkouffen ere lehin erme genofsın an alle wederprache,  
 „aber dy gänerin habe kore ob se ez wollen ume dazselbe Gelt nemen, daz ey  
 „Fremder dorume gebin wil, wollen se ez aber nicht, so mag he ez verkouffen  
 „met dez Keyfers wissin wer ez kouffen wol daz fal aber sin ane gänerin sint  
 „in dez riches rechte stet geschreiben Met dez Keyfers wissin soll der Dienst-  
 „mann dorch notdorft sin lehin verkouffen.“

Valde memorabilis autem & omni nostra attentione digna est  
 Constitutio Imperatoris Germ. Friderici II. a Cujacio Libro V. Feud.  
 Cap. 13. inserta, quam constitutionem Imperatorem illum ex Jure  
 moribusque Germanorum contexuisse, nos præeunte SCHILTNER in  
 Prax. Jur. Rom. Exerc. XXX. §. 138. T. II. p. 278. & WALCHIO in li-  
 bello: das Näherrecht sistematifch entworfen. Jena 1775. p. 28. certo  
 persuasum habemus. Ponderosa Legislatoris verba ibi hæc sunt:

„Sanctimus — si quis ex parentela habeat communem agrum, domum vel  
 „vineam vel rem immobilem divisam vel indivisam aut ex communi emtione  
 „vel aliquo hujusmodi titulo vel alio modo aliquo conjunctim, & voluerit alienare  
 „supradictas res per venditionem vel emphyteusim vel locationem, non antea  
 „liceat ei alienare, quam denuntiaverit illis quos vocavimus per ordinem in jus  
 „negotiorum. In primis vocentur parentes qui sunt conjuncti, post hos socii,  
 „post hos illi qui sunt conjuncti, etiamsi extranei sint, post hos vocentur omnes,  
 „qui sunt sub uno servitio, & qui sunt conjuncti ex aliqua parte. Si autem plu-  
 „res sint in jure negotiorum omnibus denuntietur, ut intra 30. dies solvendo  
 „justum pretium sine mora aut quantum quisvis emtor sine fraude dederit,  
 „unus quisque portionem suam accipiat. Verum si intra statutum terminum  
 „justum pretium non solverit, de cætero non habebit jus negotiorum.“ &c.

Porro in consuetudinibus & observantiis juridicis in *Hassia* medio  
 ævo servatis & a SENKENBERGIO Select. Jur. & Histor. T. II. insertis  
 legimus pag. 299. sq.

„In

„In gemeinem Land mafs der verkauffer das feil gut zu 3. 14. tagen auf-  
bieten lafsen, und da die *Freund* mittlerweile nicht kauffen, fo mags ein jeder  
thun wer da will.“ &c.

Denique in Jure *Bavarico* provinciali de anno 1346. generatim sancitum legimus, quod dominus rem suam alienaturus proximis heredibus ad offerendam rem obligatus fit, adeo ut alienatio nonnisi observata oblatione hac aliquam validitatem consequeretur, cujus rei testes sunt: HEUMANN in opuscul. Jur. German. p. 106. & WALCHIUS, *Näherrecht*, p. 43.

De usu antiquo Juris Protim. in *Wetteravia, Franconia*, nec non *Suevia*, videatur etiam LÜNIG, *Archivo Imp. P. Sp. cent. 3. f. 1. p. 82. f. 2. p. 15. 23. 50. 59. f. 3. p. 20. 7c*; cujus documenta, ne longiores simus, excerpere nolumus.

## 2) *Jura statutaria antiqua.*

In Jure vetusto *Lubeccensi*, quod Seculo XIII. conscriptum fuit, sancitum legimus:

„quicumque habet bona hereditaria & proponit ea vendere, debet illa offerre  
*heredibus proximis*, adhibitis sibi duobus vel pluribus probatis & bonis viris, & si  
heredes einere velint, emant, sicut alieni inde offerunt, si non, hereditatem se-  
cundum justitiam civitatis vendant.“ &c. (Vid. DREYER *Samml. verm. Ab-  
handl. Part. I. pag. 447.*)

Porro in statutis *Hamburgensibus* seculi XIII. secundum cod. Mspt. *Lindenbrogianum* legimus hæc verba:

„So we sin Erve verkopen will, binnen desser Stad und binnen dessen Wic-  
belde belagen is, de Schall id beden sinen negsten Vrinden, thar sin Erve  
upvallen mag:“ &c.

Pariter in Statutis *Stadiensibus* de ao. 1279. Part. I. §. 1.

„So we sin Erve verkopen will, dhat binnen theffer Stadt und theffeme  
Wichelde belegen is, the soll it beden sinen negsten Vrinden, thar sin Erve  
upvallen mag, und ne will & ere nen kopen, so mot he sin Erve wol ver-  
kopen themen ghenen, the eme allermeist geven wil.“ (Vid. PUFENDORF  
*Obf. Jur. T. I. p. 171.*)

Eadem verba etiam in Statutis *Rigenfibus* extant teste PUFENDORFIO Tom. III. *Obf. Jur. p. 224.*

In Statutis *Francofurtensibus* de anno 1352. ex Avthographo char-  
taceo a SENKENBERGIO Select. Juris & Histor. T. I. p. 1—84. insertis,  
Cap. 49. sancitum fuit:

„Item wer eygen und Erbe wil verkouffin adir vererbin der adir die sullent  
“es

„es den verkunden, die Gulde und Cins uff dem Eygen und Erbe hant, ob sie es  
 „um denselben phenn. wulle kouffin adir um den Cins wullen nemen als sie ez eyne  
 „andern virkouft adir vererbit hetten. Ist ez, daz es in vor mittem Dage also  
 „virkaunt wird, so fullen die dan den daz eygin und Erbe gebadin wird, dannoch  
 „by demselben Dage by Sunnenschein widder lazten wizfen, ob sie daz eygin  
 „und Erbe um denselben phenn. adir Cins wullen adir nicht werz abir daz es  
 „eyne adir eyne were, wer die werin verkund würde nach mittem dage,  
 „so fulden Sie ez In an dem andern Dage vor myttem Dag wider lazten wif-  
 „fin, ob Sie daz eygen und Erbe um denselben phenn. adir Zyns behaltin wul-  
 „lin adir nicht. Wulden sie ez dann um denselben phenn, adir Zynz nicht ne-  
 „men, so fulde der adir die dem daz eygin und Erbe lazten folgen um den  
 „phenn. adir Zyns, alse sie es In vererbit adir virkaufft hettin, und fulde der  
 „adir die uff dem Eygin und Erbe vore Gulde und Zins han ire Gulde und  
 „; Zins von dem eygin und Erbe gebin“ &c.

In documentis monasterii *Chiemsee* in insula lacus Chiemensis  
 siti chartha de anno 1440. extat, Jura Vogteyæ in Stumm sistens,  
 ubi inter alia multa legitimus :

„Item es ist ze fragen. wann ain Gut wirt hingelassen, oder das man ver-  
 „chauffen will, wie man damit gefaren soll? Darauf ist geurtailt, welcher  
 „oder welche Pawrecht verchauffen, verjetzen oder verchumeren wil, der soll  
 „,daz die Erbin anfaillen; wellen dann die Erben dafs chauffen oder den  
 „Saz und die empfröndung einnemen, und darumb thun, als ein Frömdler, so  
 „soll man in den Chauff, die Verjetzung oder Empfröndung widerfaren lassen  
 „für ainem Frömden, ob aber die Erben das nit wollten oder vermöchten, so  
 „möchten sy das darnach nach irer Notdurft wol verchauffen oder verchüm-  
 „mern. — und welcher oder welche dawieder handelten, das hiet chain  
 „Chrafft, und war verfallen die Pen, die vor alter Herchommen ist.“ &c. (*Mo-  
 numenta Boica* Tom. II. p. 428.)

Pariter in eodem documento paullo infra fancitur :

„Item wer seine Pawrecht verchauffen will oder müelsz, der soll die die  
 „nächstn Freunt anpeiten: und den sol man es um ain Marg naheder ge-  
 „ben, dann ainen Fremden, wolt das ein Erb nit thun, so mag er es geben  
 „wem er will durch sein Notdurft wegen.“ (*Monum. Boic. T. II. p. 432.*)

In documentis monasterii *Ettal* prope fontes Ambronis Fluvii siti  
 charta de anno 1444, Jura fundaria in Ammergaw exhibens, hæc  
 verba sistit :

„Item von der Erbrecht wegen, die die Gepaarschafft im Amergau auf den  
 „Guetern daselbst haben. dem sie auch einig worden, also dafs kein Prelat nie-  
 „mand sein Erbrecht abkauffen soll, sondern wer seine Erbrecht verkauffen will,  
 „der soll das seinen Erben geben, wer aber mit Erben hat. so soll ein Landt-  
 „mann dem andern geben, die in dem Amergau feshaft seind, und die dem  
 „Gottshaus zu Ettal zugehören“ &c. (*Monum. Boic. T. VII. p. 286. sq.*)

In documentis *Parthenii Chiemseensis* charta de anno 1462. pro-  
 stat,





stat, Jura Abbatix Chiemseensis Jussu Abbatissæ Barbaræ Aichpergerin collecta in Cod. membr. sistens, & inter alia permulta etiam hæc disponens:

„So öffent man euch, wer seine Pawrecht an wil werden mit *Versetzen* mit *Verkauffen*, der soll das mein Frawen voneerst anbieten vor aller man-  
„*niglich*, und ihrem Chamrez au ir stat, und darnach die nächsten Erben und  
„ob die nit wolten, so soll er es einem geben, davon mein Fraw und ir Gots-  
„haws unbeschwaert beleib.“ &c. (*Monum. Boic. T. II. p. 523.*)

In *Norimbergensium Statutis* de anno 1564. P. II. Tit. 23. disponitur:

Das V. Gesez.

„Das die verkaufte Erbrecht dem Aigenherrn *angepoten* werden sollen.“

„So der Erbmänn sein Erbgut in der Stat verkauft, soll er *dasselbig dem*  
„*Aigenherrn umb solche Kaufsumma anpieten*, der hat alsdann vierzehn Tag  
„*die Whal und macht solch verkauft angepote Erb dem Käufer volgen zu*  
„*lassen*, oder selbst umb die *angepotne Kaufsumma* zu behalten;“ &c.

Eodem titulo:

Das VI. Gesez.

„Wie die Erbrecht und eigene Behauptungen in der Stat geteilt werden mögen,

„— So aber die Behauptung so weit wie gemelt, nit were, so mag ir ai-  
„ner dem andern sein teyl und Gerechtigkeit daran *anpieten und verkaufen*.  
„Konnten sie sich aber solchs Kaufs miteinander nicht vergleichen, so sollen  
„sie die Behauptung verfallsen, und was dann dieselbig auf das höchste gelten  
„mag, darumb soll ir ainer vor einem frembder die *anzunehmen macht haben*,  
„und der *Vorgang dem gestattet werden*, der den merern teyl an der *Behau-*  
„*pfung hat*.“ &c.

Eodem titulo:

Das XIII. Gesez.

„Wie die Erbrecht auf dem Land in Verenderungen *angepoten* und ver-  
„handlent werden sollen.

„So der Erbmänn sein Erbgut auf dem Land ainem andern verkauft soll er  
„solchen Kauf seinem Aigenherrn um dieselbigen Summa *anpieten*, und darauf  
„der Aigenherr *viel Wochen* negst darnach volgend, die Whal haben, den *an-*  
„*poten Kauf anzunehmen* oder dem Käufer volgen zu lassen. — — — — Ob  
„auch ainich Erbgut auf dem Land mit Gerichtsordnung vergannt. und dem  
„*Aigenherrn angepote wurde*, und et solches nicht annemen wollte, soll ihm doch  
„von dem neuen Erbmänn gebürliche Erbpflcht — geleistet werden.“ &c.

3) *Monumenta prisca.*

Canæ admodum vetustatis exemplum Juris Protim. Germanici  
de-

prehenditur in *Charta s. Diplomate* dd. 27. Octbr. ao. 920. in Trudper-  
ti *Neugart Cod. Dipl. Allem. x. Tom. I. p. 574.* Verba sunt:

„Precaria Heribranti.

„Divina favente clementia Albericus monasterii S. Galli Decanus. Com-  
„placuit igitur nobis una cum consensu fratrum & advocati mei Amalungi  
„ut per hanc precariam Heribranto & fratri ejus eas res, quas ipsi nobis sub  
„conscriptione tradiderunt, representemus, quod & fecimus, Ea videlicet pa-  
„rtione, ut ipsi easdem res ad se recipientes singulis annis censum inde per-  
„solvant hoc est unum denarium. Et quando, quod absit, a monasterio huic  
„censui aliquid addi conetur, irritum sit hoc pactum & ipsi hereditatem suam  
„legitimo jure possideant, Et si illos necessitas coartaverit ipsum prædium  
„vendere, *primum ad monasterium venale exhibeatur; Et si inde non*  
„ematur, ad ejusdem monasterii censarios vel mansionarios illud vendere po-  
„testatem habeamus. Quod si quis hæc irrumperere velit, ad ærarium regis au-  
„ri uncias tres, argenti pondera quinque persolvat, hæc autem traditio perma-  
„neat. Actum in ipso Sancti Galli monasterio præsentibus his: Sig. † Alberi-  
„ci, Decani & advocati ejus † Amalungi. Signa & aliorum testium. Lant-  
„pert, † Echo, † Wito, † Vozo, † Walthere, † Immo, † Cotpert, † Thiot-  
„pert, † Ruadpert, † Winizo, † Lantfried, † Hartpert. Ego Craloh, San-  
„cti Galli monachus scripsi & subscripsi. Notavi diem Veneris V. Kal. No-  
„vembris sub Heinrico rege anno 1; sub comite Purchardo.“

In legibus, quas Burchardus Episcopus Vormatiensis familiae  
S. Petri ao. 1024. præscripsit, ediditque SCHANNATIUS Cod. diplom. Hi-  
stor. Episcop. Wormat. p. 47. hæc reperimus:

„Si quis prædium vel mancipium in hereditate receperit, & in paupertate  
„inciderit, & ex hac necessitate vendere voluerit, *præus proximi heredi-*  
„*bis suis cum testimonio proponat ad emendum. Si autem emere noluerit,*  
„*vendat socio suo cui voluerit.*“ &c. (cf. DREYER de usu gen. Jur. Anglosax. p. 13.)

In monumento Coenobii *Garzensis* siti in Toparchia Landishutana  
de anno 1160. legimus verba:

„Noverint omnes Christi fideles tum præsentibus quam futuri, quod qui-  
„dam Luitwinus de Gebeningen & uxor sua prædium suum Heristein congre-  
„gationi Garz Deo famulanti pro decem talentis tradidit, & pro triginta ta-  
„lentis deposuit hac conditione, *ut si quis parentum triginta talentis prædium*  
„*solveret, ipsum possideret, Sin (i. e. si non) autem ecclesie esset,*“ &c. (*Mo-*  
„*num. Boic. T. I. p. 38.*)

In sententia *Weichbildo Saxonico* annexa in tit. von den Lehen-  
gütern, legimus.

„Der Lehenherr hat in denen Gütern, die von ihm zu Lehn führen, den  
„*Vorkauf.*“ (cf. HORN Jurisprud. Feud. Cap. XX. §. 10.)

In diplomate de ao. 1236. (quod extat in V. F. d. GUDENI cod.  
dipl.

B



dipl. Edit. Frft. & Lips. 1747. Tom. II. p. 940. fq.) fititur conventio de sublato nexu hypothecæ alicujus ædis in favorem Arnoldi Sinzich filiarumque per Margaretham de Landscron, ibique in fine verba patti hæc sunt:

„Et predicti Arnoldi duæ filix que presentes erant — — hoc — promiserunt, quod, si domus eadem aliquando vendenda erit, Dne Margarethe & heredibus ejus eam vendent secundum valorem domus & bonorum virorum, & discretorum æstimationem, Ita tamen quod non cogantur vendere, nisi de sua bona vendant voluntate.“

In *passo* Wernheri, Archiepiscopi Moguntini cum Dynosta de Neuenburg, quoad castrum Nuenburg, Wedelberg & comiciam Hagebuken anno 1266 inito obveniunt verba:

„Ceterum quia tu nobis fideliter promisisti, quod sepe dicti cognati tui suam Dimidietatem non alienabunt, nec obligabunt, nec vendent; sed, si deceverint obligare, pro competente Summa Nobis obligent, vel si voluerint vendere, teneantur Nobis vendere, non tamen carius, quam pro septingentis marcus denar. Colon. Moguntie usitatiliter dativorum, quorum medietatem a venditionis tempore infra dimidium annum residuam diemidietatem persolveamus; Ita quod infra annum illas septingentas marcas solvamus tibi, cognatis tuis, vel amicis eorum. Firma vobis de solvendo prestita cautione nos tale Medium adhibemus, quod, si a tempore, quo nobis partem suam exhibuerint venalem, nisi infra tres menses emerimus, dummodo fuerimus in terminis Regni Allemannie constituti, vel si extra ipsos terminos erimus, nisi ad dimidium annum, postquam capitulo nostro denunciatum fuerit, comparemus. Ilicitum sit eisdem libere vendere, cui volent.“ &c. (Vid. GUDERT, Cod. Dipl. Gott. 1743. T. I. p. 716. fq.)

In monumentis cœnobii *Ranshofani* ad Oeni fluvii ripam siti, oppignorationem prædii de ao. 1279.prehendimus his verbis conceptam:

„Ego Rudpertus de Wipping notum facio univèrsis, quod cum bono consensu matris meæ domine Eve & uxoris mee Stephanie & filie sororis mee Chunegandis obligavi prædium meum in Baumgarten apud flumen Mathicam situm Ecclesie Ranshoveni pro sex talentis ratisponensium antiquorum denariorum: & proprietatem ipsius prædii nemini vendere debeo nisi Ecclesie Ranshoveni si mihi tantum dabit pro ipso prædio, sicut alter.“ &c. (Monum. Boic. T. III. p. 345.)

In monumentis cœnobii *Osterhoviensis* Istrum inter & Vilusam in Tetrarchia Landishutana siti emtio de ao. 1284. extat, cujus verba huc spectantia hæc sunt:

„Notum sit omnibus — quod ego Ewerbinus Ederstorfarius mihi & meis posteris per XXIII. Lib. den. Ratispon, apud dominos meos de Osterhoven curiam

„riam in Pofching — comparavi — hoc adjecto, quod, si eandem curiam vendere decreverim, primo ipsos dominos meos de Osterhoven requirere me promisi, si autem emtionem conducere recusaverint, cuicumque voluero vendere, vel obligare potero curiam prenotatam.“ &c. (Mon. Boic. Tom. XII. p. 423.)

In monumentis cœnobii *Methen*, quod *Straubinganae Tetrarchiæ* accensetur, & penes ejusdem nominis rivulum haud procul a sinistro *DANUBII* littore situm est, venditio Juris Advocatiæ de ao. 1295. extat, cui pactum de Jure Protimiseos his verbis adjiciebatur:

— — „Quia etiam amor & favor loci illius non illicit ad benefaciendum, idem promittimus & sincere nos obligamus, quia reempcionem clam vel palam, in nullam aliam personam transferemus, cum licet in contractu expresse dictum fuerit, ut predicta possemus reemere reddita consimili pecunie quantitate, si tamen aliquis plus offerendo condicionem nostram facere voluerit meliorem, nos ante omnia super hoc Dominum abbatem loci predicti, qui pro tempore fuerit, requiremus, qui si deliberatione per duos menses habita dare voluerit oblatam pretii quantitatem, nullus alter ad contractum — — admittatur.“ &c. (Monum. Boic. T. XI. p. 371)

In *Cunigundis* de *Rannenbergl* legibus communionis inter se ac condominos *Eppensteinius* & *Hanoicos Ronneburgi* alibique ao. 1309. initis profant verba:

„Auch ist geredte wer unter uns drin gemein Ganerbin sin Driteil verkuoffen wollte, das er das den andern bi den solle, als Ganerben-Recht ist an Geverde.“ &c. (SENKENBERG, Sel. Jur. & Histor. T. III, p. 530. sub rubr. Diplomatarium *Hassiacum*.)

In monumentis monasterii *S. Nicolaitani* proxime muros *Patavienses* in ripa *Oeni* fluminis siti diploma de anno 1316. in quo *Ditmaro* cuidam fundus jure hereditario possidendus traditur. hæc verba continet:

„Gefchech itz ainer, das derselb *Dietmar* oder seine Erben wollten verchaulffen ire Recht an demselben aigen, so sullen si iz uns des ersten anpieten, mügen wir itz danne nicht gewerven, so sullen wir sie nicht irren, sie verchaulffen itz oder versetzen itz gleichen faenten, davon wir unsern Dienst gehaben mügen.“ &c. (Monum. Boic. Tom. II, p. 356.)

In *Rudolfi Senioris* dicti der *Wecker* & *Rudolfi junioris Marchionum Badensum* pacto successorio ao. 1356. inito hæc verba legimus:

„Es soll auch unnsrer kheiner sein Landt, Leuthe und Herrschaften empfinden in kheinerhande weys, die wûr oder man erdenken möchte, ohne alle Geverde und Arglist; Were auch das unnsrer Einer versetzen mueste, ungeverlichen, das soll unnsrer einer drey monaten vor anbieten, umb als vil Geltes, als Im Ein ander daruff leihen wollte, dem er es versetzen müeste. — — Were auch, das unser Einer verkauffen müeste, so soll er es dem Andern vor

„Anbieten ein halb Jahr, und soll Im dann die Güter zu kaufen ge-  
 „ben.“ &c. (Vid. SCHRÖPFELIN Historia Zaringo-Badenfis. Carolsruhæ 1765.  
 „Tom. V. p. 450. sq.)

In legibus quas Fridericus quidam Rannebergius communioni ca-  
 stri & pertinentiarum ao. 1357. dicebat, reperimus:

„Auch ist geredt wër es Sache, das ich Fritze vorgenannte ader myn Er-  
 „ben unfer Teyle an den vorgenannten Gerichten verzeizen ader verkauffen woll-  
 „ten durch argen Willen oder durch Noit, ader warumb es were, so solden  
 „wirs unsern Gernerben by eden von dem Stamme, und solden en den versetzen  
 „oder zu kauff geben noch Martzale als die Somme vorhenant ist und als wir  
 „Teyle daran hetten.“ &c. (SENKENBERG Sel. Jur. & Histor. Tom. III. p. 592.)

Porro in monumentis monasterii UNDERSDORF penes Glonum flu-  
 vium haud procul a municipio Dachaviensi in Tetrarchia Monacensi siti  
 stipulatio Juris Protimiseos de ao. 1361. extat his verbis concepta:

„Ich Ulrich der Allinger und meine Hausfrau Gertraut verjehen offenlei-  
 „chen an diesem Brief allen den disen Brief anschaut oder härent lesen, daz  
 „wir daz Gut, daz gelegen ist ze Aspach, ob wir daz verkauffen wollten oder  
 „müßen, so sollen wir daz egenant Gut nymand anders ze chauffen geben, nür un-  
 „ser Frauen ze Pereichach, ob sie ez chauffen wollten um sechs Pfunt Pfeninge und  
 „umb sechs Penning. Wollen ez aber die Kirchbroß und die Nachpauern nicht  
 „chauffen, so sollen uns die Kirchbroß und die Nachpauern an dem vorgenann-  
 „ten Gut nichtz irren noch engen, und mugen wir mit dem Gut schaffien unser  
 „Fram, und mugen ez wol geben, wem wir wellen.“ &c. (Monum. Boicæ  
 „T. X. p. 275. sq.)

In Transfatione inter Eppensteinios & cives quosdam Francofur-  
 tentes super vico Husen anno 1362. inita, legimus:

„Mee ist auch geredt, wer es Sache, das eine Syte ire Teyle verkauffen  
 „und vereußern wolde, das sal der andern Syten by eden, wolde sie dann an  
 „den Kauffe, so mag sie en nemen umb als vil Geldes als ein ander darumb wol-  
 „de geben, wolde aber die Syte nicht daran, so mag die Syte, die verkauffen  
 „wil darnach in Teyle eyme andern verkauffen und verußern.“ &c. (SENKEN-  
 „BERG, Sel. Jur. & Hist. T. I. p. 263.)

In monumentis monasterii Furstensfeld haud procul a Dachovio  
 siti diploma de ao. 1370. extat, pactum de jure protimiseos venditio-  
 ni adjectum sistens:

„Ich Chunrat der Heger, Purchet ze Munchen und Ludweich mein Sun  
 „und Hanns mein Sun vergehen und thun chunt allen den die diesen Brief se-  
 „hent oder hörent lesen, dus wir gechaufft haben ze rechter Leibgeding nach  
 „Leibgedings-Recht von Abt Chunraden und gemayn leichen von allem Nach-  
 „vent des Chlosters ze Furstensfeld Ir eigen Haus ze Munchen — mit allem das  
 „darzu geheört — und als es in ir Gewalt chomen ist, und als man es vor in  
 „ze Leibgeding gehabt hat, umb vier und dreyzick Pfunt Pfening, der wir sie  
 „aller



„ aller gewert und bezalt haben — Wenn auch das wär, das wir unsren Recht  
 „ des obgeschriebn Leibgedings ired Haws, Hoffstat und Gärten musen oder woll-  
 „ ten verauffen, das sullen wir si an piete n̄ gebent sie uns dann darumb als  
 „ viel als ander Leut; darumb sullen wir in dieselben unsren Recht geben, fur  
 „ andern Leut; wollten aber si es nicht chawffen, wenn wir denn uniren  
 „ Recht des obgenannten Leibgedings geben, die sullen dann furbas an iren  
 „ Rechtea and wir an den unsern des vorgenannten Haus, Hoffstat und Gärten  
 „ mit vorgeschrieben Puncten und Artikeln unfer dreyer Lebtag und nicht län-  
 „ ger entgelten und genieffen.“ &c. (Monum. Boic. Tom. IX. p. 205. 207.)

In monumentis monasterii *Altenmünster*, *Frisingensis Diocesis*, con-  
 tituti *Juris Protimiseos* documentum de ao. 1379. prostat, cujus te-  
 nor hic est:

„ Wir Stephan, von Gottes Genaden, Pfallenzgraf bey Rein Hertzog in  
 „ Bayrn &c. bechennen und tun chunt, — das wir unfer lieben diemutigen  
 „ Frauen Elizabethen, Abtesin zu den Zeiten des Frauenklosters zu Altenmün-  
 „ ster und dem Convent gemainlich daselben und iren Nachkommen, und dar-  
 „ zu ihren Gotshaus die besunder Genad erzaigt und getan haben, und tun auch  
 „ mit Krāt dies Briefs; also, das wir mainen und wellen, wer der ist zu Al-  
 „ tenmünster in dem Margt und außserhalb desselbs Margts wo das sey ichtes ligen  
 „ hab, es sein Haujer, Hoffstett Wismat, Acker oder was das sey, daz von der  
 „ Abtesin und dem Convent und irem Gotshaws Lehen sey oder zimshast dahin  
 „ sey; mainen und wellen wir, das daz nu furbas einer gegen den andern an-  
 „ derhalb nindert verchimber verchawff noch versetze, in dhain Weis; man biet  
 „ es dan die obgenannt Aebtsin und das Convent oder ir Nachkomen ee an. Wel-  
 „ lent sie es dann chawffen, so soll man in es geben fur aller manlichlich, mainent  
 „ sie aber das nicht zu tun, so soll es doch allbeg mit der Abtesin und des Con-  
 „ vents willen und Gunst verchawffet und verchimbter weren, und anders nicht, in  
 „ dhainer Weis. Wer dasselb aber ubersur, und also anders verchawfft dann als  
 „ vorgeschrieben steht, und damit die Abtesin zu Altenmünster und das Convent  
 „ daselben und ir Gotshaus von der Lehenschaft chaem, und auch chomen mocht,  
 „ was er dann verchawfft hat, daz soll sich in des ostgenannten Klosters Gewalt  
 „ fur aigen mit aller Zugehorung ganzlich versallen haben, an all Genad ledig und  
 „ frey aller Ansprach allermännlichs.“ &c. (Monum. Boic. Tom. X. p. 343.)

In pacto unionis & successionis futurae reservativo inter *Bernhardum*  
 & *Rudolphum*, *Fratres*, *Marchiones Badensis* de ao. 1380. inter alia  
 multa disponitur:

„ Auch sein wir überkommen, das wir oder unfer Erben kein theil unfer  
 „ Schlofs, Vheste, Stette, Lannd oder Leuth von der Marggrafschaft verkauf-  
 „ fen, vergeben, oder von der Herrschaft entfrembden sollen. Dann wo daß  
 „ unfer Einer oder unfer Erben umb sein und umb seines Landes Notdurft willen,  
 „ Sein Schlosse Vhesten, Stette, lannd oder Leut versetzen muesste, das soll unfer  
 „ einer dem Andern zu allen Zeiten, ein halb Jar zavor kundlich las-  
 „ sen wissen, und Ihme das bieten zu verpfenden — Were aber, das  
 „ der Ander, dem das gebothen würde, der Pfandung oder Kaufs nit vollzieh  
 „ m̄och.

„möchte oder wollte, so mag derselbe, der des nottdurftig ist, dieselbe Pfand-  
schafft Andern Leuten einsetzen und verpfenden.“ &c. (Vid. SCHÖPFLIN,  
Hisor. Zaringo-Badens. Tom. V. p. 516.)

In *chartulario Nassioco* a SENKENBERGIO Select. Jur. & Hisor. T. II.  
inserto sub nro. XI. documentum transactionis & divisionis Comitatum  
Deciensem (Nassau dietz) concernentis ab Engelberto Comite Nassoi-  
co & Godofredo de Eppinstein anno 1420. initæ hæc verba exserit;

„Is ist auch beredt, abe Sache were, das unser einer ader sine Erben umb  
„irer kuntlicher Notdurft willen sein Teil an den vorgenannten Graveschafte und  
„Herscheffe zumale ader eins Teyles verkeuffen, versetzen ader verpenden wol-  
„den, derselbe sal das Teyle, das er dann also verkeuffen, versetzen ader verpen-  
„den wil, dem anderen von uns, ader nach im sinen Erben ungewerlichen umb eine  
„reddeliche Somme die ym ein anderer darumb ader daruff geben oder lyhen  
„wulde, bieden, und ym das ein halp Jar zuzurentz verkunden und zu  
„wissen tun. Were dann Sache das derselbe adir die nach eme sine vorgenann-  
„ten Erben den das also geboden und verkundet wüdet, nir gelden ader  
„verpenden enkunden nach wolten, so mag der alsdann das Teil verkeuffen, ver-  
„setzen adir verpenden weme er will, usgescheiden alle Fursten, ane allein dem  
„Erwürdigen Herren Herrn Otten Ertzbischoffe zu Triere sinen Nachkommen und  
„Stiften von Triere, den mogen wir ader unsere Erben nach uns die vorgenannt  
„Graveschafft Dietze und Herrschafft Wilnauwe ader ein Teyl davon verkeu-  
„fen, versetzen, ader verpenden, doch das yn sollichem Kaufe adir Veretzun-  
„ge, ab sich das yemants zu done geburde oder Noit gefeche, keine Par-  
„thye gen die andere eyngerley geverde — suchen ader dun sol.“ &c.

In monumentis monasterii *Weltenburg* ad dextram Danubii ri-  
pam sub Tetrarchia *Straubingana* siti, concessio juris colonarii de  
ao. 1423. prostat, hæc verba continens.

„Wollten aber si und ir erben die benannten gnad und pawrecht verkauf-  
„sen oder versetzen, die sullen sie uns anpieten und geben für menig-  
„lich nach frumer rat. Ob wir die nicht wollten kaufen, so sullen si di geben  
„einen frummen und wolgeleitumten pawmann mit unserm Willen und Wissen.“ &c.  
(*Monum. Boic.* T. XIII. p. 436. sq.)

In *chartulario Austriaco*, a SENKENBERGIO Select. Jur. & Hisor.  
Tom. IV. inserto nro. IX. documentum de ao. 1424. extat, quo  
Abbatissa *Kubacensis* bona nonnulla a colono suo sine prævia obla-  
tione vendita, sibi vindicat. Verba sunt:

„Ich Hans Aneherger an die Zeit Richter zu Chubach bechenn offentlich —  
„als ich daselben in dem rechten ze gericht fass da kam für mich in gericht mit  
„vorsprechen die Erwürdig und andechtig meine gnedige Frau Angneta die  
„Zeit von Gotes Genaden Abptfisin des Stifs — ze Chubach und redt durch  
„iren vorsprechen also: Alsdann Chunrat Hintenaws die Zeit daselben geseßen  
„ain Wilsmat gelegen in dem pand daselben. Hette dasselbe wilsmat von dem  
„Gotte

„Gotzhaus vorberurt und eyner yeden Aptifin funder yez von ir zu lehen rurat  
 „und lehen were umb das fy vernommen hette und fy maint es wer auch al-  
 „so wie das der egenannt Hintenaws dasselbe wifsmadt Chunraden dem Schru-  
 „fen zu paw zu kaufen geben hette *one ir haifs wort gunst wissen und willen.*  
 „Seit den malen und er follich lehen also un ir wissen, und *fy das vor nicht*  
 „*angepoten hette nach laindes gewonheit und der herrschaft und*  
 „*des gerichtz rechten nach puchs sagen* als recht wer, darin es ge-  
 „legen ist, und ir das *verswigen harte* So getrawt fy Gott und dem rechten,  
 „*dasselbe lehen wer un ir zu iren henden, sondern dem Gotzhaus zugestanden*  
 „*umb sollich gelt darum er das benannt wismadt dan verkeuft het, und fy maint*  
 „*auch dafs man ir das also darum ainantworten und dem benannten Schru-*  
 „*fen sollicher kuf wiederrufen sollte* — Und fy begeret ir darumb  
 „meins herrn puch zu lesen und des artikgels der da sagt also: giebt ainer ain  
 „lehen hin. &c. Darauf hiefs ich obgenannter richter Fron poten dem egenann-  
 „Hintenaws rufen als der bey dem rechten was um im dez zu wissen, was  
 „ob er das verandworden wollte oder ob er darwieder icht zu reden hette. Al-  
 „so stund der benannt Hintenaws vor gericht herfur und bekand offenleichen,  
 „als dann sein gnedige Fraw vorgeannt furgaben — das sich das alles so vor-  
 „gehandelt — hette des war er von langen Seit den malen und fy dann solichen  
 „Kauf in maß so vorberurt ist haben solde und das auch recht war nach puchs  
 „sag als vorgeschrieben ist, funder als ich im dann obgenannten richter darumb  
 „zu sprach das er ir den *ubergeben sollte* So wolt er ir den also gern uber-  
 „geben und lassen, und er gab auch ir den also an dem frab und mit gerichtzhand  
 „auf als recht ist.“ &c.

In chartulario Nassico supra memorato reperimus sub nro. XV.  
 Joannis Bosii de Waldek Præsidis Judicii Aufregalis contractus  
 inter Eppensteinios & Nassovios celebrati litteras de ao. 1428, ubi:

„Abe der vorgeschrebin Jungherre Gottfried ader seine Erben vorgesagt  
 „solliche vorgeschrieben geloifte Teil versetzen oder verkeuffen wolden, das  
 „sal den vorgeschrieben Gebruderen Graffen zu Nassow adir iren Erben *eine*  
 „*Jare zuvor* mit besigelter Schrifte ungeverliche *verkundiget* werden,  
 „das sie das versetzen oder verkeuffen wollen vor so viel Geldes.“ &c. (SEN-  
 „KENBERG Sel. Jur. & Histor. Tom. II. p. 406. sq.)

In Pace Castrensi inter Christophorum Marchionem Badensem &  
 Bernhardum comitem Eberstein de ao. 1505. conventum esse legimus:

„Item, were es auch, dafs unnsfer einer icht des feinen Teil versetzen oder  
 „verkhauften wollte, dafs in unsrer gemeinen Graffschaft undt in diesem Burg-  
 „frieden gelegen were, der soll es dem andern *zween Monath vor bie-*  
 „*then, und sollt ihme sagen, wie vile ein ander darum geben wil, undt zu*  
 „*welchen Zahlen, und wer der sy, der es also von ihme kauffen oder psünden wolle,*  
 „und soll des liblichen einen gestabten Eide zu den Heyligen Schwören, dafs  
 „er nit minder oder mehr von jenem nemme, noch uff andere Zihle, und auch  
 „darinnen keinerley Gefehrde tribe, undt wil dann der ander teyl, so mag er  
 „zu dem Kauffe oder Versatzung uff vorgeschrieben Zihle kommen, undt soll in  
 „i.

„einem Monat sagen, ob er es thun wolle oder nicht.“ &c. (V. SCHÖFFLIN, „Hist. Zar. Bad. T. VII. p. 19.)

In pace Burgenſi caſtri Görz exeunte medio ævo inita & a Cæſare confirmata fancitum legitimus:

„Ferner iſt auch durch uns Ganerben bewilliget und gemacht worden, wann über kurz oder lang uns oder unſern Ganerben eine augenſcheinliche Noth angehen würd, daß er ſeinen gebührenden Anteil an Schlitz und feiner Zugehörung verkauffen oder verſetzen müſte, daß derſelbig Verkäufer oder Verſetzer verpflichtet und ſchuldig ſeyn ſoll, ſolchen Verkauf oder Verſetzung dem nächſten Erben des Stamms und Namens von Schlitz genannt von Görz, ſo Ganerben daſelbſt miteinander ſeyn, anzubiethen, (Vid. ESTOR, auserleſene kleine Schriften. T. III. p. 99. ſq.)

In Pace Burgenſi reſormata Ganerbinorum zu Hamm dd. 14. Mart. ao. 1562. conventum eſt:

„Zum Funfzehnten, Ferner ſo iſt auch bewilliget und gemacht worden, wann über kurz oder lang einem oder mehr unter uns den Ganerben fein oder ihr Theil am Schloß Hann feil ſeyn würde, oder ſonſt derſelbige auf Widerloſung verſetzen wollte, daß dieſelbigen Verkäufer und Verſetzer verpflichtet und ſchuldig ſeyn ſollen, ſolchen Kauf erſtlich ihren nechſten Erben des Namens oder Standts von Hamm, ſo Ganerben daſelbſten ſeyn, anzubiethen, do es aber dieſelben nicht kauffen, oder Geld darauf leihen wollten, alſdamm ſollen ſie es den andern Ganerben anbieten und zu Kauf geben. (Vid. ESTOR l. c. T. II. p. 423.)

In pace Burgenſi Caſtri Rotenberg die XXIII. Mart. anno 1590. renovati, fancitum legitimus:

„Es ſoll auch unſer Ganerben keiner ſein Teil keinem höhern oder niedern Stand verkauffen oder geben, ſondern, do er ſolchen ſeinen Theil hingeben oder verkauffen will, ſoll er dem einem ſeines Standes oder Thurniersgenoſſen verkauffen oder geben.“ &c. (Vid. ESTOR l. c. T. II. p. 598. ſq.)

Denique in pace Burgenſi reſormata Ganerbinorum von und zu der Tann: pariter fancitur:

„Ferner iſt auch bewilliget und gemacht worden, wenn über kurz oder lang unter uns den Ganerben fein oder ihr Theil am Schloß zu der Tann oder deſſelben Zubehrungen feil ſeyn würde, daß dieſelbigen Verkäufer verpflichtet und ſchuldig ſeyn ſollen, ſolchen Kauf erſtlich ihren nechſten Erben des Namens und Stamms von der Tann ſo Ganerben daſelbſt ſeyn, anzubiethen, da es aber dieſelben nicht kauffen wollten, alſdamm ſollen ſie es den andern Ganerben anbieten und zu kaufen geben; — Im Fall da der Ganerben keiner kaufen wollte, alſdamm und nicht ehe mögen die Verkäufer wol ändern, doch ihres Genoſſen von Adel zu kaufen geben.“ &c. (ESTOR l. c. T. III. p. 69.)

Per:

Pertinerent huc & Statuta circulatorum liberæ & immediatæ Imperii Germanici Nobilitatis, quibus Jus Protimifeos singulis membris confociatis in casu alienationis prædii matriculæ inserti præ extraneis constitutum est. Sed fines dissertationis academicæ transgrederemur, si materiam hanc equestrem admodum diffusam hic pariter explanare vellemus, ideoque ponderosum hocce Jus Protimifeos equestre, quod alio fors tempore pertractaturi sumus, in fine sectionis hujus historicæ saltem indicasse, sufficiat.

## SECTIO II.

Confectaria ex Historicis Juris Protimifeos Germanici momentis promanantia.

Ex his, quæ hactenus in medium protulimus historicis momentis jam mediante abstractione ea, quæ nunc proponuntur, confectaria ambitum, fundamen, causam productivam, & qualitates Juris Protimifeos, nec non ejusdem ad Retractum relationem concernentia ac tanquam definitiones Juris Germanici positivi consideranda, colligimus.

### C O N S. I.

Jus Protimifeos, etiamsi jam in Legislatione Romana vestigia illius forsitan prostant, tamen haud demum post notitiam & usum Legum Romanarum penes Germanos introductum est, sed hisce peregrini Juris principiis nondum imbutis dudum bene cognitum fuit, adeo ut dentur species Juris Protimifeos origine & natura sua mere Germanicæ.

Ex vetustissimis Juris Protim. exemplis, quæ supra p. 4. in medium adtulimus, institutum hocce antiquissimis jam temporibus penes Germanos in usu fuisse, adeoque eo ævo viguisse, quo nostrates cibo romano nondum adsuesfacti erant, sat luculenter adparet. Sane pridem ante iuventa jura Justiniana, tempore videlicet, quo non nisi suo jure usa est Germania, & Juris Romani principia nationum Germanicarum legibus ac dispositionibus haud ita, uti postea accidit, admista erant, Protimifeos Jus penes nostrates usitatum fuisse videmus. Et quamvis vel *primas* Germaniæ gentium leges & antiqui  
C ju-



juris patrii instituta ab omni juris Romani admixtione hic ibi liberari  
 haud posse, sint, qui contendunt, (quod impugnare nolumus, quippe qui  
 a controversiis tractandis sumus alienissimi,) id tamen certum est, tales  
 Juris Protim. species penes nostrates antiquiori ævo viguisse & de seculo  
 in seculum usitatas fuisse, quarum nullum in Jure Romano deprehendi-  
 tur vestigium, quæque originis ac indolis ratione habita, *instituti mere*  
*Germanici* prædicamentum pleno jure sibi vindicare queunt.

Igitur penes Germanos Juris Protimiseos species peculiare in  
 Legislatione Justinianeâ nullibi extantes, sed tantummodo usu do-  
 mestico introductas jam antiquitus viguisse, in medio ævo usitatissi-  
 mas, quin ingruente Legislationis peregrinæ receptione e possessione  
 dejici nescias extitisse, nec non adhuc postea ad hodiernam usque  
 diem hic ibi firmiter stetit, extra omnem dubitationis aleam posi-  
 tum esse, nemo inficias ire poterit. Jus Protimiseos hæredum, do-  
 mini directi in bonis rusticis, ac Ganerbinorum, i. e. sociorum  
 in communione prædii vel juris versantium, in peregrina illa Justi-  
 niani legislatione haud deprehenditur, nec igitur per hanc demum  
 penes nostrates receptum est. Nec mireris, qui Romanis ignotæ fue-  
 rint istæ species. Etenim haud eadem fuit apud ipsos heredum re-  
 latio, quæ penes Germanos genio, indole, scopo & formula nexus  
 gentilitii privati toto cælo diversos viguit, haud cognita illis erat  
 relatio domini directi ad rusticos aut colonario aut censitico jure uten-  
 tes, quæ in Germania locum obtinuit, multo minus consociatio Ger-  
 manica bonorum communionem inducens, veluti Ganerbinatus. Pro-  
 inde Jcti Romani, necessariò ingenium & indolem gentis *sue* secuti  
 ejuscemodi Juris Protimiseos species introducere minime poterant.  
 Contra apud Germanos peculiaris viguit rei privatæ ord. peculiaris  
 heredum relatio, peculiaris rusticorum ad dominum prædii directum  
 habitus, & peculiaris consociationum ineundarum modus, ideoque  
 Germani proprias ac peculiare habuerunt Juris Protimiseos species,  
 id quod — uti infra fusius explicabimus — singularis ipsorum sta-  
 tus privati necessaria consecutio erat.

#### CONS. II.

Jus Protimiseos Germanicum inspectis modis quibus con-  
 titui potest, aut legale est aut conventionale.

Nimirum causa illius efficiens proxima aut in jure consuetudinario  
 an-

antiquo in scripturam pedetentim redacto aut pactis penes Nostrates posita erat. Utriusque modi exempla in monumentis Sect. I. prolatis obtutui nostro semet offerunt. Equidem secundum principia juris communis alii adhuc modi Protimiseos Juris constituendi cogitari queunt, testamentum scilicet, & præscriptio acquisitiva. Etenim quando testator in ultima voluntate hæredi injungit, ut, si rem quandam hereditariam venditurus sit, illi, quem testator denominavit, offerat & tantum dare volenti, quantum ab aliis accipi posset, præ aliis vendat, tunc in hoc casu absque dubio Jus Protimiseos testamentarium adest. Idem de præscriptione dicendum. Nam regulariter quidem domino de rebus suis pro libero arbitrio disponendi facultas concessa est, ita ut in alios quoscunque vel etiam semper in eandem personam rerum suarum dominium transferre possit. Quapropter si dominus generis rerum vel per innumeros annos quotiens singulam speciem venditurus esset, eam tibi primario obtulerat, & idem, quod aliiolvere volebant, solventi præ aliis divendiderat, id non potuit in consequentiam trahi, sed semper nonnisi meræ facultatis actus fuit, salvaque semper manebat tertio quoque dividendi facultas, tanquam impræscriptibile quid. Ast si jam idem ille dominus facultate hæc usus singulam generis illius speciem tertio absque oblatione tibi facta venditurus est, tu autem Protimiseos Jus intuitu rerum hujus generis hac occasione contendens venditione absque prævia oblatione faciendâ eum prohibes, ac ille prohibitioni huic acquiescit & per legale præscriptionem implendâ sufficiens spatium in casu venditionis rerum istarum semper tibi primario rem obtulit, & idem quod alii solvunt etiam solventi præ aliis divendit; tunc hæc domini in te translatio desinit esse res meræ facultatis, & Jus Protimiseos præscriptione acquisitum adesse dicendum est.

Verum enim vero licet inspectis principiis Juris communis hodierni hæc ita se habeant, nos tamen modum huncce constituendi saltem penes antiquioris ævi Germanos viguisse neutiquam audemus affirmare, cum ex historicis momentis illos eruere haud possimus, id quod nemini mirum videbitur, qui testamentificationem præscriptæ temporibus penes Germanos non usitatam, iisdemque subtilem præscriptionis per contradictionem & acquiescentiam consummandæ theoriam — ceu genti morum & rituum simplicitate insignitæ — prorfus ignotam fuisse, secum perpendit.

Jus Protimiseos in Germania *Institutum universale* fuit, ac vi juris consuetudinarii in scripturam sensim hic ibi redactum universim omnibus iis competit, quorum relatio erga dominum alienantem hæc erat, ut propter *communione quandam circa bona illius*, quippe qua gaudebant, intuitu eorundem *codominium* in sensu latiori tale haberent, adeoque illius *codominii* (in latiori verbi significatione) essent.

Axioma hocce perquam ponderosum curatiore omnemque dubitandi rationem summovente explicatione dedignari neutiquam possumus. Operæ pretium est penitus illud inquirere & omnia, quæ circa illud sunt cognitu maxime necessaria, strictim attingere. Viguit nimirum penes nostrates peculiaris semper juris dominii ratio ac determinatio. Ille, qui bona immobilia in dominio habebat vi dominii sui facultate de bonorum substantia disponendi & utilitates omnes ex iis exclusive percipiendi una cum mediis isti facultati suppeditas ferentibus omnino gaudebat, ac proinde in bonis dominium in sensu strictiori tale, dum viveret, exercebat. At non obstante hoc dominii jure aliæ quædam personæ communione quadam intuitu bonorum illius gaudebant, quippe qua exercitium dominii stricti, (hoc enim termino brevitas causa uti liceat!) quatenus in facultate disponendi consistit, limitabatur.

Competiit hujuscemodi communio intuitu bonorum primò hereditibus, deinde &, quodsi dominus utile tantummodo rei dominium habebat, domino, quem vocant, directo, denique etiam, si dominus confociationis bona ac ditiones concernentis membrum erat, sociis ipsius & realiter conjunctis, uti in progressu uberius commonstrabimus. Omnes hi *jur communione circa bona ejus, cui hoc modo juncti erant* de se prædicare poterant, cumque hæc communio jus esset *bona concernens, bona adiciens & bonis inhærens*, adeoque *juris in re* characterem ac qualitatem præ se ferret, nos absque dubio *codominium* in sensu latiori tale ipsis attribuere possumus, si quidem omne jus in re nomine dominii late sumto denotari solet.

Communione hujus natura & indoles hæc erat, ut illis, qui domino hoc vel illo modo juncti erant, res omnes communicatæ essent



sent, veruntamen absque jure domini in sensu strictiori talis. \*) Erat communio nuda, *civilis* (sin aliter hoc termino Romano in materie nostra Germanica uti licet) demto quippe jure disponendi & utilitates ex re seu propria percipiendi quam diu res in potestate domini possidentis esset, nec igitur erat *codominium naturale, ipsa veritate* in solidum competens, quo idem jus domini ad plures pertineret, multo minus compossessio: Effectus & effluxus communionis hujus complures fors extiteret, sed hic non nisi præcipui quidam ex illis scopo nostro potissimum inservientes considerandi sunt. Unusquisque nimirum, quamdiu bona sua in proprietate ipsius essent, facultatem utilitates omnes exin percipiendi, quin & de substantia rerum disponendi exclusive habebat. Sed communio illa junctis competens facultatem hancce disponendi, quatenus in facultate alienandi vim suam ex serit, restringebat eidemque limites constituerebat. Quodsi enim dominus res suas immobilis alienaturus i. e. dominium strictum rerum in alterum translaturus erat, neququam libera in quascunque personas alienandi facultate gaudebat, sed illi, qui hætenus in communiione s. codominio in sensu latiori tali circa rem alienandam versabantur, jus tertium quemcunque ab acquisitione rei præcludendi & dominium rei strictum præ aliis omnibus acquirendi habebant. Codominium enim in sensu latiori talem, quippe qui jam durante dominio alienantis virtute communionis *jure quodam in re* illa gaudebat, fortius circa acquirendum *dominium rei in sensu strictiori tale* jus habere, quam tertium nullo antea jure in re, nulla communiione, nullo codominio in sensu latiori tali gaudentem, Germanis firmiter, seu juris & æquitatis analogiæ convenientissimum quid, persuasum erat. Qua de causa dominus alienaturus in illos, qui in communiione rei hætenus jam versabantur, *rem venalem præ aliis alienare necessariò* tenebatur, si quidem hi sub eadem translationis lege, cui tertius revera sese subjiceret, rem accipere vellent, ex qua obligatione ulterius *rem venalem offerendi & alienationem imminentem eis denuntiandi* obligatio iterum pronò alveo fluebat. Eadem vero de causa

\*) Hinc consulto semper communionem hanc codominium nuncupantes, verba: *in sensu latiori tale*, adjicimus. Etenim de codominio pleno & naturali i. e. in eadem re aut pro indiviso aut in solidum competente sermo hic neququam est, cum quilibet rei codominus stricto sensu talis in re communi Jus Protimiseos habere nequeat, si quidem nemo rem propriam emit, id quod vix monendum erit,



dominus in tertium valide alienaturus, *consensu* eorum, qui ipsius codomini in sensu latiori tales erant, necessariò in translatione sua indigebat. Hic consensus enim (cum alia ratio congrua exco- gitari vix possit;) aliud nil erat, quam renuntiatio juris ex commu- nione alioquin competentis, \*) i. e. declaratio, se Jure fortiori cir- ca rem acquirendam virtute *communione* ipsismet alioquin compe- tente, nimirum Protimifecos jure, in gratiam tertii uti nolle, nec ex hoc *communione* titulo postea juris quid in ea re deposituros esse. \*\*) Quodsi enim absque impetrato consensu hoc res *alienata* fuisset, *alienatio* nullitate laborasset, quoniam prærogativa ipso jure codomino in sensu latiori tali competens actu juri contrario non extinguitur, sed quaquaverfum efficax est.

Jam vero adhuc monstrandum est, eos, quibus Protimifecos Jus ex Instituto Germanico universaliter competere supra diximus, here- des nempe, dominos directos & realiter consociatos, jure hoc *communione* gavifos esse.

Primum heredes quod attinet, *communione* hujus existentia pe- nes Germanos extra omnem dubitationis aleam posita est. Heredes i. e. cognati proximi per universam Germaniam in *communione* qua- dam bonorum ejus, cui cognationis vinculo juncti erant, versabantur. Adparet hoc luce meridiana clarius ex Speculo Saxonico & Sue- vico. Alius verba huc spectantia in loco supra p. 4. citato Lib. I. Art. 52. hæc sunt:

„Ohne der *Erben* Laub — mag kein Mann *sein* eigen Gut —  
„vergeben, Vergiebt er es aber wider Recht ohne der *Erben* Urlaub,  
„die *Erben* mögen sich *ihres* Guts wol unterwinden mit Recht &c.“  
Hujus autem verba in loco pariter supra jam p. 5. citato huc perti- nentia sunt: „Giebt eyner *sein* Eygen wider *seyner* *Erben* Willen  
„hin unnd on des vogts ding, sy sollen für den Richter faren und  
„söllend es *versprechen* und der Richter *sol* es *antworten* den *Erben*.“

Hinc etiam in *omnibus* ac *singulis* antiquioris & mediæ ævi ju- ribus Statutariis & pactis dominium transferentibus in scripturam redactis consensus heredum proximorum, cum bona hereditaria aliena- rentur, seu requisitum alienationis validæ more Germanico unifor- mi essentiale, deprehenditur, id quod profecto per centies mille ex-

em-

\*) Cf. WALCH. I. c. p. 9. DREYER loc. p. 17.

\*\*) Cf. Documentum Kubacense p. 20. allatum.

empla ex omnibus Germaniæ provinciis antiquis a nobis commemorari posset, nisi instituti ratio in hac materie nos breviores esse iuberet. Invenietur, mehercule! vix unicum Jus provinciale aut statutarium, aut alienationis documentum antiquum, quo heredum consensus in translationem domini mentio prætermissa esset. In omnibus chartis alienationum antiquis deprehendimus formulas illas: Mit Gunst und „Rat aller unfrer Freund, auch mit ihrem Gutdenken, *Willen*; Mit „aller meiner Erben guten Willen und Gunst omnium propinquo-  
rum consensu. Omnium heredum consensu.“ Firmiter igitur asserere possumus heredes inspecta ipsorum erga dominum cui cognatione juncti erant, relatione, jure quodam communionis s. codominio in sensu latiori tali intuitu bonorum illorum gavisos esse, virtute cujus in casu alienationis jus dominium in sensu strictiori tale præ aliis acquirendi ipsis compete-  
bat, de quo codominio ejusque existentia plura qui nosse desiderat, PUFENDORF, *Obf. Jur. Un. T. II. Obf. 4. §. 2. Obf. 192. §. 3.* Bl. ECKENBERGER, *not. ad statut. civit. Flensburg. (in Westfalen mon. in edit. rer. Germ. Tom. III.)* SENKENBERG de filia ultima gentis suæ in regnis & principatibus private succedente. *Idem* *Diss. de condominio* *Idem* in *Sel. Jur. & Historiar. T. II. p. 518. & T. VI. Præf. p. 77.* GNÜGE de juris retract. gentil. in *Germ. orig. §. 9.* J. C. H. DREYER de usu singul. jur. Anglofaxon. *Lib. III. p. 100.* *Idem* *Samml. vermisch. Abhandl. P. I. p. 99.* WALCH *Näherrecht B. I. Hptst. 2. S. 93. sq.*

Pariter jus quoddam communionis etiam domino, quem vocant, directo cujusvis generis intuitu bonorum domini utilis — si nomen hoc frequentare licet, — competiit, quod quippe jam ex ipsa relationis mutæ, in qua uterque versatur, natura & indole adparet.

Etenim dominium directum in parte proprietatis in concedendo dominio utili reservata consistit. In eadem re alter partem proprietatis, alter jus domini, præcipue in utendo & fruendo &c. consistens habet. Adest igitur vi domini divisi res quodammodo communis. Dominus vi reservatæ proprietatis partis *jure in ea re gaudet*, quo efficitur, ut non inconcinne jus quoddam communionis intuitu bonorum, quorum dominium utile alteri dedit, sibi competens de se prædicare possit. Quæ cum in omni casu, ubi dominium hoc modo divisum extat, locum habeant, sua sponte consequitur, in dominos præditorum potissimum, intuitu bonorum rustici in ditione ipsius sedem habentis, generalem applicationem fieri debere.

De-



Denique etiam omnes in confociatione bonorum & patrimonii ergo inita versantes jure communionis s. codominii in sensu latioris talis gaudebant. Elucet hoc *potissimum* in Ganerbinatu, cui confociationis hujuscemodi notio præprimis accommodari potest. Ganerbinatus in sensu strictiori, scilicet sunt societates equestres in certis castris mutuae defensionis causa quondam ab his illis nobilibus in Germania inite. Per pactum unionis Ganerbicæ jus reale in bonis unius Ganerbii in pactum deductis alteri constituebatur & bona hæc Ganerbica communia fiebant. Quapropter tantum non in omnibus Pactis Ganerbicis (nomine Pacis Castrensis olim insignitis) hi socii vocantur *die Gemeiner* omnesque in eo consentiunt voce Germanica Gan-Erben dici quasi gemeine Erben, coheredes, codominos rei communis. Cf. *Kyllinger* d. Ganerbiis castror. Disc. 1. *Rosenthal* de feud. c. 2. Concl. 78. *Heider*, de Imperial. Præf. Disc. 1. p. m. 28. lit. BBBB. *Cramer*, de Ganerbinatu. §. 1. J. F. *Scherz* de pactis ganerbicis, famil. illustr. in Imp. R. Germ. §. 1. Extra omnem proinde dubitationis aleam positum est, Ganerbinatum communionem, s. codominium in sensu latiori tale esse. Unusquisque Ganerbicus bonorum suorum dominio in sensu strictiori tali gaudet, sed reliquis vi confociationis *jus* quoddam in iisdem bonis competit, quo efficitur, ut bona sint communia, & qualitas communionis ipsis inhærentis dominium illud in sensu strictiori tale, præsertim quoad facultatem disponendi & alienandi, diversimode restringat.

Quibus omnibus rite perpensis, thesis nostra, quod Jus Protimiseos in Germania omnibus iis competierit, quorum relatio erga dominum alienantem hæc erat, ut jure communionis s. codominio in sensu latiori tali intuitu rei alienandæ gauderent, dubitationi jam non amplius locum relinquet. Sed diximus, vi instituti *universalis* in Germania hæc ita viguisse. Restat igitur ut & hoc assertum breviter explanemus. Doceri nimirum potest suavissimus concentus & stupenda harmonia omnium Jurium Particularium Germaniæ antiquioris in more a veteribus accepto & prisca religione servando, qui hæredibus, dominis directis & realiter confociatis propter jus communionis in bonis eorum, quibus tali modo juncti erant, i. e. propter codominium in sensu latiori tale ipsis competens, Jus Protim. attribuit. Et quamquam facile damus, institutum hoc universale non in omnibus & singulis Germaniæ locis *pari modo* viguisse, (siquidem e. g. non ubivis extitere Gan-

Ganerbii,) tamen, si omnia in unum colligas, id exploratum est, theoretico dici posse, quod Protimiseos Jus illud consuetudinarium codominis in sensu latiori talibus competens per totam Germaniam, licet sub diversis modificationibus particularibus, vignerit, adeoque in *historica* Juris hujus *doctrina* Universalitas ejus *de regula* sit; — liceat enim his verbis breviter mentem nostram exprimere! —

C O N S. IV.

Fundamen reale & causa productiva remotior Juris Protimiseos, quod Jure consuetudinario ceu Institutum universale in Germania vigeat, est jus quoddam communionis, s. codominium in sensu latiori tale in re alienanda competens.

Profecto fundamentum hujus Juris (ex juris *romani* principiis odiosi) penes Nostrates tanquam gentem libertatis naturalis aliquam amantissimam mere arbitrarium quid esse haud poterat, sed necessariò in eo poni debet, quod istud præferentiæ & præclusionis Jus secundum domesticas statui nexuque privato superstructas Germanorum notiones & juris ideas, ceu *altioris* cujusdam *juris in re alienanda* effectus & effluxus primarius considerabatur; id quod haud absque ratione sufficiente ex eo intelligi & colligi potest, quod illud (uti in explicatione consecarii antecedentis fusius & prolixius monstravimus) non nisi his, qui communionis seu codominii Jus de se prædicare poterant, competeat. Germanis quippe ille, qui inspecta relatione sua erga dominum alienantem aut heres, aut dominus directus, aut realiter consociatus erat, adeoque *Jure* quoddam *in re alienanda* jamjam gaudebat in acquirendo rei dominio in sensu strictiori tali jus tertium quemvis, ceu quoddammodo extraneum & peregrinum, præcludendi habere videbatur. Nec sane inspectis principiis æquitatis naturalis absque quicquam in dogmate hoc Germanico detegi potest. Ubi enim communio quædam — qualiscunque fiet, — extat, ibi etiam illi, ad quos ejusmodi jus in re spectat, cum res certo respectu ipsismet jamjam devincta sit, jus eam in casu alienationis totam suam faciendi & quoad dominium in sensu strictiori tale plene acquirendi, ac, per consequentiam hujus, præferentiam necessariam præ aliis nullo prorsus jure in re alienanda jam ante alienationem præditis, recte sibi postulare queunt. Sed quid laboramus? Ad sunt etiam *historica* momenta, quibus Germanos mediante principio æquitatis naturalis

ralis Protimiseos Jus ceu causatum a communione tanquam causa derivasse edocemur.

Primo enim huc spectat memorabilis illa & omni nostra attentio-  
ne dignissima Constitutio Germanorum Imperatoris *Friderici II.* in  
Lib. V. Feud. Cap. 13. supra allegata ubi in Cap. 14. legislator ita per-  
git. — „Quum omnibus hominibus qui legibus reguntur & mo-  
„ribus, præceptum esse constet, jus suum cuique tribuere, nec cui-  
„quam Jus suum detrahere, *libertatis* procedente gratia, qua natu-  
„raliter quod cuique facere libet, nisi quid vi aut jure prohibetur,  
„est concessa facultas, *res suas unicuique liberum esse* aut propter nu-  
„ptias donationis, aut dotis, aut simplicis donationis aut cujuslibet  
„alienationis aut ultimæ voluntatis dispositionis causa sive testamen-  
„tario jure *in alium transferre* non est ambigni juris. *Sed quoniam*  
„*Et jure præcipitur honeste vivere, alterum non lædere, ne hi, qui*  
„*cognitione vel communione vel alio propinquitatis*  
„*modo eorum, qui vendunt, urbanis rusticisque prædiis*  
„*adherendo ab his, qui intromisceantur, lædantur, vel*  
„*aliter ipsa venditione impediuntur, jure προσταμσεος præ-*  
„*ferrî sancimus.*“ &c.

Deinde vero etiam huc pertinent Reformationis Francofurtensis  
P. II. Tit. 4. verba, quibus Reformatores Romanizantes Protimiseos  
Jus in Codice Justiniano abrogatum censentes, utuntur:

„Wiewol der Abtrieb *im Reich deutscher Nation* — — sonst ge-  
„mein und brauchlich, auch der Ehrbar- und *Biligkeit* ganz ge-  
„mâß ist, jedoch dieweil derselbig in den kaiserlichen Rechten (Scil.  
„L. 14. C. de contrah. emt.) ausdrücklich verboten, auch bei uns —  
„hierinnen *außerhalb* nachfolgenden Falls *in Consorten und Gauer-*  
„*ben also üblich gehalten.*“ &c.

Exploratum igitur est, fundamen Juris Protimiseos Germanici  
ipso jure competentis, communionem s. codominium in sensu latiori  
tale, Protimiseos jus effectum primarium seu quasi partem coaduna-  
tam communionis hujus fuisse. Ex his autem pronò alveo fluit.

#### C O N S. V.

Jus Protimiseos Germanicum est jus in re radicum.  
Est enim effectus primarius altioris cujusdam juris in re, nimirum  
communions s. codominij in sensu latioris talis. Quemadmodum  
com-

communio illa *ipsas res* adiciebat adeoque codominium in sensu latiori tale erat, ita etiam Protimiseos Jus secundum Germanicas notiones ex codominio hoc immediate descendens & quali partem integram illius efficiens, necessario juris in re radicati qualitatem præ se ferebat. Hinc in supra cit. sententia Weichbildi Saxonici titulo von den Lehengütern annexa consulte statuitur: „Der Lehensherr hat in denen Gütern, die von ihm zu Lehen rühren, den Vorkauf.“ Hinc in speculo Saxonico verba illa: „Ohne der Erben Laub — mag kein Mann sein Eigen Gut oder seine Leute vergeben. Vergiebt er es wider Recht, ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Guts wol unterwinden mit Reecht.“ *Ec.* Hinc in speculo Suevico: „giebt man sein eigenes wieder seiner Erben Willen und ohne des Vogts Ding, sie sollen es versprechen (i. e. widersprechen) und der Richter soll es da antworten den Erben.“ *Ec.* Jus Protimiseos German: rem ipsam adicit, rei ipsi inhæret, & quæ ei respondet obligatio faciendi domini alienantis (nimirum rem illi præ aliis cedendi) non meram actionem ad interesse in casu conventionis producit. Et nobis quidem hæc juris in re radicati qualitas tum de Jure *legali*; ex instituto universalis, competente, tum de *conventionali* statuenda esse videtur.

A.) Jus Protim. *legale* quod attinet nos quidem nulli dubitamus, quin inspectis juris principiis universalibus Jus Protimiseos lege concessum, tanquam odiosum quid, nonnisi Jus personale, & obligatio alteri hunc in finem a lege imposta ceu personalis tantum consideranda sit, ita ut actum contrarium *nullitate* laborare, asseri haud possit. Ast cum Jus Protimiseos legale Germanicum codominio ininitatur, & leges seu consuetudines Germanicæ ea de causa illud largiantur, quoniam tanquam effectum primarium altioris juris in re, communionis nempe s. codominii in sensu latiori talis, Germanorum mos antiquus id considerabat, sequitur, leges Germanicas omnes Jus Protimiseos in re radicatum personis in quas communio s. codominium in s. l. tale cadit, largiri, & actum obligationi alienantis contrarium per consequentiam hujus *nullum* reputandum esse. Leges Germanicæ rebus domini propter aliorum communionem s. codominium in sensu latiore tale hanc qualitatem imprimabant, ut haud aliter valide alienari possent, quam post factam codominio obligationem & subsecutam hujus de non emendo declaratio-

tionem, & omnis alienatio prætermillis observandis in tertium facta per se esset actus nullus juris Protimiseos efficaciam minime extinguens. Cf. Monumentum *Chiemensense* supra p. 7. prolatum in fine, & monumentum monasterii *Altominster* p. 13. pariter in fine.

B.) Pariter & Jus Protimiseos *conventionale* penes Nostrates jus erat in re radicatum. Equidem duplicis generis erant pacta, quibus Protimiseos Jus constitui solebat, uti ex his quæ supra in medium attulimus, documentis cerni potest. Etenim aut jus Protimiseos jam ipso jure, i. e. vi consuetudinis ac instituti universalis paciscenti competens conventioni inferebatur, modo pretii determinandi causa, pro quo absolute & sine aliorum offerentium respectu habito res in eum, qui prærogativa illa fungebatur, alienaretur, modo novi vinculi juri quæsito injiciendi causa, (fortasse quia nostrates sensim edocebantur aliorum iniquitatem sæpe flagitare, ut ea, quæ certo jure constituta sunt, novis subinde pactio- nibus suæ confirmanda!) quo casu existentia juris in re radicati minime negari poterit; aut tales, quibus prærogativa illa intuitu certæ rei seu codominii in sensu latiori talis jure destituta ipso jure ac vi consuetudinis erga dominum non compete- bat, pacto id sibi constitu- bant, quo casu nos pariter jus Protimiseos in re radicatum existere statuimus. Monstrum id Jctis videbitur qui effectum conventionis non jus in re, sed jus ad rem agnoscunt, sed videamus, quo jure. Primo nos valde dubitamus, num inspectis juris principiis univer- salibus absonum & contradictorium sit, si per *solum* pactum jus in ipsa re radicatum fundari posse, statuas, num merum jus pa- ctitium & obligatio mere pactitia rem ipsam immediate adficiens, num jus conventionale in re radicatum sit notio, qua repugnantia continetur, &, ut paucis rem absolvamus, Non-Ens Juridicum sit, nec ne? Arridet nobis potius cogitatio, eum, qui jus tale etiam tunc admittit, sin nulla lex ejusmodi conventioni eam efficaciam indiderit, thesin a repugnantia liberam proferre. Etenim natura conventionum hæc est, ut omne id, quod non est simpliciter impossibile, per eas constitui possit. Ex hoc autem sua sponte sequitur, per conventio- nem rei cuidam omnino *qualitatem* quandam injici posse, quæ eam im- mediate adficiat, nec necessarium esse ut lege demum vis juris in re radicati tali jure conventionali tribuatur. Quodsi igitur paciscentes de eo aut expresse aut tacite inter se conveniunt, ut alter eorum al-  
teri



teri obligatus sit ad faciendum aliquid, hæc autem obligatio in faciendo consistens rei ipsi in conventionem deductæ inhæreat & quasi insit, ac res proinde *qualitatem* novam accipiat, per quam alter jus rem ipsam virtualiter tangens habeat, sane id principiis universalibus haud contrariam esse nobis videtur. Nil aliud enim agitur, quam illud, ut qualitas quædam utraque parte consentiente rei imprimatur, qualitas in eo consistens, ut ad jus tuum, quod intuitu certæ rei per pactum cum altero tibi constituebas, res ipsa sit devincta, & obligatio alterius intuitu rei illius, adficiat rem ipsam, quippe quam jus tuum quaquaversum comitatur. Dic, quæso, qua ratione inspectis principiis universalibus ejusmodi conventionis rationabilitas ac vigor in societate seu statu civili lubrui posset? Nec inpossibilis nec injusti quicquam in se complectitur.

Jam in Germania nostra hujusmodi conventiones jus in re radicatum producentes inde ab omni ævo extiterunt & usitatæ fuerunt. Per multa extant hujuscemodi conventionum exempla, quæ expresse *rem* ipsam immediate adficiunt, ita ut v. c. res tertio valide alienari haud possit, nisi sub hac ilave conditione, ac quilibet actus, quælibet alienatio rei in tertium absque conditionis complemento facta, *nullitate* laborat, nec tantummodo *mea* actio ad id quod interest pacto contraventum esse contra fœdus alteri esset relicta. Quin immo per omnes fere conventiones super re quadam initas jus in re radicatum penes Nostrates constitutum fuisse, nobis videtur. Nostrates enim morum simplicitate insigniti & omnes subtilitates averfantes omne illud, quod contra tenorem conventionis a pacifcente suscipiebatur, *nullum* dicere, jure *nullitatis* æstimare solebant. Patescit hoc sat dilucide ex antiquis conventionum instrumentis. His enim semper in fine formula illa adjiciebatur: *si pacto ullo modo contravenietur, irritum hoc sit, & nihilo tamen minus firmum maneat jus ex pactione illa quæsitum.*

Quæ cum ita se habeant, dubitandum non est, quin etiam Jus Protimiseos conventionale penes Nostrates ex hac ratione generaliori jus in re radicatum fuerit. Accedit insuper ratio specialis ex analogia desumpta. Etenim valde probabile est, eos, quibus ex jure consuetudinario patrio universali Jus Protimiseos intuitu certæ rei non competeat, quique hac ratione ducti pacto id sibi constituebant, ea intentione, eo animo & ea forma pactum illud inivisse, ut tale jus sibi constituerent, quale jam ex Instituto universali intuitu qua-

run-

rundam rerum aliis, codominis scilicet, competere videbant. Voluntas ejus qui in civitate jus præferentiæ universim in certis rebus lege & ipso jure quibusdam tribuente degens pacto tale jus sibi constituebat, haud dubie hæc erat, ut ad similitudinem rerum ex more universali huic vel illi præ aliis offerendarum & vendendarum res ipsa, super qua protimiseos jus stipulabatur, qualitatem acciperet impressam, vi cujus æque ac illæ res in tertium valide alienari haud posset, nisi ipsi oblata & emtio ab ipso repudiata fuerit, ut proinde jus ex pacto quæsitum rem adficeret, & æque ac Jus Protimiseos more civitatis codominis competens, per nihilum, nullo modo, igitur nec alienatione omittis observandis in tertium facta infirmari & convelli posset. Sane firmiter nobis persuasum est, nostrates Protimiseos Jus pacto sibi constituentes, & lites occasione illius ortas dirimentes, patrium potius Juris Protimiseos codominis universim competentis institutum ejusque formam, quam Juris peregrini subtilitates de conventionibus, obligationibus, actionibusque ad interesse inde derivatis ante oculos habuisse.

Restat autem nunc, ut consecratio nostro, quod hætenus exposuimus, subconsecrarium (si nomen hoc frequentare licet) breviter annexamus silentio minime prætereundum. Quum nimirum Jus Protimiseos sit jus in re radicatum, sua sponte sequitur, primum ejus effectum hunc esse, ut illud quaquaversum persequi liceat. Sed pro diversitate casuum diversus etiam est finis, in quem jus hocce persequeris. Duo potissimum casus cogitari possunt, in quibus obligationi protimiseos Juri respondententi haud satisfactum esse, dicendum est. Nimirum aut dominus rei in alienatione tertio facienda versatur & debitam oblationem omisit, rem tamen in possessione ac detentione sua adhuc habet, aut alienatio tertio jamjam est facta.

1) Priori casu ille, cui Protimiseos Jus competit agere potest contra dominum alienaturum ad id, ut res alienanda ipsi offeratur, & dominus ad eam ipsi tantum dare volenti, quanti aliis alienaretur, præ aliis tradendam adigatur.

2) Posterior casus duplicis iterum generis esse potest; etenim,

a) aut alienatio tertio facta est absque prævia oblatione, illi, qui Jure Protimiseos gaudet, debita; aut

b) prævia quidem oblatione, sed nulla plane illius, qui Jus Protimiseos habet & ad easdem condiciones præstandas paratus erat, ha-

habita ratione. In posteriori casu utroque is, cui Protimiseos Jus competit, ad rescissionem alienationis tertio nulliter factæ & rem sibi ad emendum offerendam, idemque, quod tertius dedit, dare volenti tradendam agere potest; habet enim jus in re radicum, utpote quod quaquaverium persequi potest, quodque nullo prorsus actu conventioni contrario deletur, extinguitur, eliminatur. Quam thesin confirmatam videmus memorabili illo documento Abbatix *Chubacensis* de anno 1424. supra p. 15. allegato.

### CONS. VI.

Jus Protimiseos Germanicum ex indolis suæ definitionibus Germanico-positivis in omnibus alienationis casibus regulariter locum habet.

Equidem inspectis Juris communis principiis, quæ Jus Protimiseos restrictionem libertatis naturalis odiosam strictissime interpretari nos jubent, non nisi in casu venditionis aut alienationis propter naturam ac indolem suam huic penitus æquiparandæ, vel venditionis vice secundum legum sanctionem fungentis, veluti dationis in solutum, dotis venditionis gratia æstimatæ, litis æstimationis &c. exerceri potest. Sed longe aliter res penes Nostrates se habet, quippe qui in omnibus negotiis dominium rei in sensu stricto tale transferantibus id admittebant, cujus rei argumento sunt exempla in documentis supra abs nobis allatis præstantia, nec non præprimis speculi Saxonici verba significanter concepta: „Ohne der Erben Laub, und ohne Gericht mag kein Mann sein Eigen Gut, noch seine Leute vergeben, i. e. weggeben.“ Ratio latioris hujus, quo Jus Protimiseos Germanicum gaudet, ambitus iterum ex jure communis s. jure codominii in sensu latiori talis, quo illi, qui prærogativa hac fungi solebant, præditi erant, unice peti debet.

Quum enim Nostrates hunc in modum ratiocinarentur, quod in casu alienationis domini in sensu strictiore talis, omnes illi, quibus hætenus jam *in re* alienanda *jus* quoddam, communitio scilicet competebar, in acquirendo *eo* jure in re, quod *in dominio stricto* consistit, secundum æquitatis naturalis dictamina *potiores* aliis *nullo* antea jure in ea re præditi essent, consequens erat, ut in omnibus ac singulis negotiis *dominium* strictum quocunque titulo, aut oneroso aut

lu.

lucrativo transfèrentibus jus præferentiæ *codominorum* in sensu latiori talium agnoscerent. Hinc penes ipsos Protimiseos Jus non solum in venditione tum necessaria \*) tum voluntaria, vera & palliata, sed & in donatione, dotis datione, oppigneratione, permutatione, divisione, concessione emphyteuseos, nec non certo respectu locatione (quatenus quippe per hanc jus in re hereditarium, scil. jus dominio non ab simile in conductorem transibat) exercebatur, id quod demonstrare non adeo difficile expeditu est.

Sicce *donationem* quod attinet, lege, si placet, antiqua donationum instrumenta, & videbis, sollicitè semper heredum ceu consanguineorum proximorum consensum (qui, uti supra monstravimus aliud nil erat quam renuntiatio Juris Protimiseos) requisitum esse. Testantur hoc potissimum tot chartarum & diplomatum donationes monasteriis factas continentium myriada, ut nulli amplius dubitationi iatuitu hujus asserti locus esse queat. Stupenda iterum omnium in ea re harmonia elucet. In omnibus legimus hæc verba: „*Innotescat presentibus & futuris, quod ego N. N. cum consensu liberorum N. N. N. fratrum N. N. &c. N. donavi libere & absolute &c.*“ Sive in vernacula lingua: „*Ich N. vergich offenbar an diesen Brief, daß ich — mit meiner Hawsfrowen und aller meiner Erben Gunst und guetlichen Willen — aufgab lediglich unser Vrowen und und dem Chloster zu N. ein Aigenschaft an.*“ &c. (V. Monum. Boic. T. I — XIII. passim.)

Quomodo autem, — quærent fors ii, quibus exercitium Juris Protim. in casu donationis monstrum videtur, — quomodo in hac translatione dominiæ titulo lucrativo faciendâ præferentiâ illa vim suam exereret? Hoc non adeo difficile expeditu est. Quodsi enim codominus in sensu latiori talis, qui *jus in re* donanda jamjam habet, pretium rei illius donanti offert, res donanda huic præ donatario futuro cedere debet, cum in rei dominio stricto acquirendo, virtute juris communions, potior sit. Nec iniquitas ulla adversus donantem exinde profluit, cum huic neque negativum neque positivum damnium inferatur, pretio quippe nunc in locum rei donandæ succedente.

Eadem etiam de *dotis datione* dicenda, si quidem etiam per hanc transferatur dominium rei strictum. Adfunt pariter hujus rei exempla

\*) Cf. *Lex Saxonum* supra p. 4. *Documentum Chiemseense* p. 7.

pla in antiquis documentis, quibus edocemur, consensum eorum, quibus Protim. Jus compete-  
 bat, & quidem heredum proximorum in  
 constituenda dote necessario adhibendum fuisse. Sic v. g. in dotali-  
 tio anno 1291. constituto reperimus verba: „Nos Otto Dei gracia pe-  
 „ latinus comes reni dux bavarie presentibus prostemur, quod Petrifam,  
 „ filiam semstine civis nostre de Strawinga, quam eadem ex quondam  
 „ Karissimo patre nostro olim suscepit, servitori nostro Ottoni de Ott-  
 „ zing fratri aefendorffarii desponsavimus statim transducendam in do-  
 „ mum suam ad matrimonium consummandum cum eadem, postquam ad  
 „ debitam pervenerit pubertatem & ut idem Otto cum predicta petrissa  
 „ taliter desponsata possit commodius onera matrimonii supportare, de  
 „ speciali Karissimorum fratrum nostrorum Ludovici & Stephani con-  
 „ sensu jus advocacie nobis competens in curia pachhavusarii, spectante  
 „ ad monasterium in Metem cum suis advencionibus seu proventibus XV. me-  
 „ tretarum tritici XV. obulorum videlicet sibi deputavimus & assignavimus  
 „ dotalici nomine, per hunc modum, quod presatum jus advocacie  
 „ constanter matrimonio tenere debeat & pacifice possidere: & si heredes inter  
 „ se habuerint, illi succedere debeant in eodem.“ &c. (Mon. Boic. T. XI. p. 367.)

Oppignerationis casum pariter ad Juris Protim. exercitium qua-  
 lificatum esse, ex documentis abs nobis allatis cerni potest. Mon-  
 strum id iterum videbitur illis, quorum doctrina non ultra crepi-  
 dam Tribonianam exurgit, dum effectum oppignerationis non do-  
 minii translationem, sed tantum jus quoddam in re aliena, actionem  
 realem producens agnoscunt.

Verum enim vero ignorabatur penes Nostrates, uti jure peregrino  
 definita est, pignoris ac hypothecæ conditio. Ufu obtinebat,  
 ut rei in securitatem crediti traditæ dominium temporarium in cre-  
 ditores transferretur, reservata quippe ex pacto de retrovendendo ex-  
 presse vel tacite adjecto, debitori reluendi facultate, quæ uberius ex-  
 plicantes cf. FRICCIUS de different. jur. rom. & german. c. pignus in  
 manus tradit. Kil. 1731. SENKENBERG, de reuentione oppignerati  
 territorii Cap. II. §. 9. GUNDLING Schediasma de jure oppignerati  
 territorii secundum Jus Gentium & Teutonicum. §. 81. HEINECCIUS  
 El. Jur. Germ. Lib. II. Tit. XI. §. 320. sq. p. m. 607. AYRER D. Dif-  
 ferent. jur. rom. & germ. c. pignora. Got. 1742. DREYER de usu  
 gen. Jur. Angl. p. 136. sqq. WALCH Näher-Recht. p. 146. Hinc  
 accidit, ut secundum antiquarum legum & chartarum tenorem do-  
 mi-

minus in sensu strictiori talis rem suam oppigneraturus, (i. e. dominium suum in re in alterum temporarie tralaturus) ad offerendam rem codomino in sensu latiori tali, & huic idem quod alii crederent credenti præ aliis hoc titulo tradendam obligatus esset; cuius rei memorabile documentum supra p. 13. ex SCHÖPFLINO exhibuimus.

Videamus *permutationem*. Nihil certius est, quam Jus Protimiseos etiam in hoc alienandi modo locum penes Nostrates habuisse. Apparet hoc iterum ex antiquis permutationum chartis, in quibus consensum heredum &c. sollicitè requisitum esse animadverti potest. Sic v. g. in Concambio de anno 1314. reperimus verba: „*Ich Ort, neid der Tuntz vergih an disem Prief, und tun chunt allen den di nu, sind, und noch chunstlig sind, das ich mit guetem Willen und, mit ganzen Gunst meiner Choenen Frawen Elspeten und, meiner Sün Prantochs, und Walthers, meiner Tochter Agnesen und gemainchlich aller meiner Erben datz Guet ze Laimgrueb, datz mein freyes aygen was, dem Gotzhaws ze Bounburch han auzgewechselt umb daz Guet daz Aich, datz derselben Gotzhaws aigen was, da ich aussitz; also ze wizzen, daz daz Guet ze Laimgrueb ewichlichen sol sein des vorgenannten Gottshaws aigen, und datz Guet datz Aich ewichlich shol aigen sein meiner choenen Frawen Elspeten, und meiner Erben*“ &c. (Mon. Boic. T. II. p. 218.) Exercitium Juris Prot. in hoc casu pariter non adeo difficile expeditu est.

Ponamus, *Cajum* prædium suum permutatione alienare, i. e. modo *Sempronio* dare velle, ut is vicissim suum det, *Sejum* autem Protimiseos jure intuitu prædii illius gaudere. Quæstio cardinalis hoc casu hæc est, utrum *Cajus* ea duntaxat intentione, ut prædium, cum ulterius illud possidere ipsum tædeat, opportune distrahat, permutationem inire cupiat, an vero alieni, & quidem nonnisi prædii *Semproniani* habendi causa prædium suum hoc modo alienare secum constituerit. *Priori* casu *Sejus*, cui alienatio imminens denuncianda est, rem qualemcunque aut etiam pretium fundi *Semproniani* dando Protim. jus exercere poterit, si quidem alienantis nil interit, quo modo & cui prædium sibi displiceas distrahat. *Posteriori* autem casu requiritur; ut *Sejus* Protimiseos jus exerciturus eandem conditiones subeat, quibus *Sempronio* prædium illud alienaretur, id quod omnino fieri posse dubium non est. *Sejus* enim emendo prædium *Sempronianum*, idemque *Cajo* ad commutandum offerendo, adeoque eas-

easdem alienationis conditiones subeundo, prærogativæ sibi competentis exercitio plene ac perfecte poterit defungi.

*Divisionem* quod attinet, omnino dicendum est, quod & in hoc alienandi modo, ceu translatione dominiî stricti Juris Protimiseos exercitium locum habuerit. Quemadmodum enim in permutatione heredum &c. consensus requirendus erat, sic etiam in rei vere communis divisione (quippe quæ secundum gravillimas demonstrationes Dni GRIESINGER in Comment. über das Herzogl. Wirtemb. Land-Recht. B. III. p. 645. aliud nihil est quam contractus permutationis) consensum hunc penes Nostrates adhibitum fuisse videmus. Elucet hoc ex chartis & diplomatibus ævi antiquioris, cujus rei argumento *Codicem Falkensteinensem* de ao. 1180. allegamus, ubi prostant verba: „Pateat omnibus Christianis tam presentibus quam futuris, qualiter Helmboldus filios suos, Ottonem videlicet & Hoholdum separaverit a filiis Domine Williberge, in divisione bonorum sibi pertinentium. Sunt autem hæc que predictæ Williberge & suis Liberis in sorte acciderunt, cum consensu utriusque filii Ottonis scilicet & Hoholdi, & quibus ipsi abrenunciaverunt Duo predia apud Endorf, quorum unum mutuatum est duobus prediis apud Sunderhingen, ita ut si cambium non possit esse ratum, deatur predictæ W. duo talenta.“ &c. (*Monum. Boic. T. VII. p. 494.*)

Pariter etiam in *concessione Emphyteuseos* Juris Protim. exercitium admittebatur, si quidem & per hanc dominium quoddam, utile nimirum, in alium transferretur. Apparet hoc sufficienter ex Constitutione Friderici II. supra prolata.

Denique nec mirum quod etiam *locationis*, ceu objecti ad exercitium Juris Protim. qualificati, in antiquis documentis & potissimum in Constitutione Fridericiana mentio fiat. Negari enim nequit, per locationem ad longum tempus factam (Erbpacht, Erbbestand, Erbleihe) jus colonix perpetuæ secum ferentem utile quoddam penes nostrates translatum fuisse dominium, etiamsi valde limitatum, demta quippe facultate de re hoc modo locata conducta absque confirmatione domini locantis disponendi. Cf. Cell. RUNDE, Grundsätze des gem. teutsch. Privat-Rechts. Ed. II. p. 418.

Ceterum ex analogica ratione eadem etiam de modo alienandi per cessionem, transactionem &c. statuenda esse, nemo erit, qui non intelligat. Explicationem igitur non magnopere desiderabit lector.

---

 CONS. VII.

Pretium ab eo, qui Protimiseos Jus exercere cupit, solvendum in dubio idem esse debet, quod alii revera darent, sæpius vero etiam ita determinari solet, ut solvendo summam, de qua conventum est, res absolute & simpliciter, nullo aliorum oblationum respectu habito, in dominium strictum ejus, qui prærogativa illa gaudet, transeat.

Confectarii hujus veritas ex historicis momentis superius prolatis ita elucet, ut nonnisi mens obstinatio de ea dubitare possit. Quapropter ulterior illius demonstratio prorsus supervacua foret. Ratio cur conventione sæpe numero determinatum fuerit pretium, in eo poni debet, quod tutius est, de certo pretio convenire, quam aliorum oblationibus obnoxium esse, aut quoniam accidere potest, ut nemo emere cupiat & offerat, adeoque deficiente tertii oblatione nulla mensura pretii tuta præsto esset, porro quoniam difficultates variaz & litium anfractus eo ipso evitantur, denique & ut bona, ceu ex instrumentis in quibus fideicommissa familiæ constituuntur, eo magis in familia maneat, & via ad alienandum ad externos præscindatur. Ceterum de pretio *convento* illud adhuc notandum videtur, quod Jure Protimiseos præditus, si ultra dimidiam partem læsus sit ac demum post emtionem læsum semet cognoverit ac probaverit, ut læsio partem pretii restituendo resarciatur, postulare posse. WALCH l. c. p. 166. §. 6. in fin. Denique si Protimiseos Jus post factam jam alienationem exercetur, eadem, quæ circa Retractum locum habent principia a celeberrimo WALCHIO l. c. p. 163—175 strictim pariter & accurate exposita erunt adhibenda.

## CONS. VIII.

Temporis spatium, quo declaratio voluntatis de jure præferentiæ exercendo post factam oblationem sub pœna præclusio- nis sequi debet, aut conventionale est aut legale.

Necessario tempus præfixum esse debet, quod Juris Protim. exercitium locum habeat. Fac enim, post oblationem a domino alienaturo factam, voluntatis declarationem de Jure Protim. exercendo  
pla-



plane arbitrio ejus, cui illud competit, relictam esse, quot iniquitates exiri contra dominum alienare cupientem suborientur! Fuit autem hoc temporis spatium, uti ex historicis nostris momenti pariter intelligi potest, aut conventionem determinatum, aut lege præfixum. Poterius autem quod attinet, etiam determinatio legalis universim non una eademque fuit, sed admodum potius in ea variabant jura particularia, ita ut lubentissime profiteamur, nos, quale temporis spatium in dubio statuendum sit, nescire, nobisque in hoc casu solam locorum vicinorum observantiam inspiciendam esse videri.

#### C O N S. IX.

Unum idemque Protimiseos Jus in una eademque re a personis diversis nunquam modo simultaneo, sed nonnisi modo successivo exerceri potest.

Jure Protimis, ex Instituto Germanico gaudebant heredes, domini directi, & realiter consociati. Fieri omnino poterat, ut horum omnium circa unam eandemque rem esset concursus. Poterat enim quis dominium utile tantum in re habere, & intuitu ejusdem rei consociationis s. gauerbinatus membrum esse. Hoc igitur casu heredes, dominus directus, nec non consociationis illius membra concurrerunt. Verum enimvero jus Protimiseos in re alienanda modo coordinato ad his exerceri haud poterat. Solum exercitium successivum & subordinatum, ceu unicum possibile, etiam penes Nostrates in hac collisione usitatum erat. Hinc ab Imp. Friderico in constitutione illa (V. Feud. 13.) claris verbis sancitum est: „*in primis* vocentur parentes (i. e. qui ex parentela communi sunt) *post* hos socii, *post* hos illi qui sunt conjuncti; &c.„ —

#### C O N S. X.

Jus Protimiseos ex antiquiori Instituto Germanico universali descendens intuitu heredum, domini directi & sociorum semper præsumi debet.

Equidem inspectis principiis Juris communis præsumtionem contra Protimiseos Jus, ceu odiosam libertatis alienandi restrictionem, militare nulli dubitamus. At cum Jus Protimiseos Germanicum nec Privilegio neque Jure singulari, sed communione per jus consuetudinarium introducta innitatur, adeoque cum indole & natura domini  
Ger-



Germanici arctissimo nexu cohæreat, consequens est, ut quilibet heres, quilibet dominus directus, quilibet denique socius provocans ad Jus Protimiseos fundata intentione non destituatur, nec in juris præfuntione probationis onere gravandus sit. Proinde nec hic locum habere potest brocardicon illud dudum explosum: statuta stricte & ex Jure Communi esse interpretanda. Contrarium potius asserimus, contententes, *in dubio* ubivis utum harum Protimiseos Juris specierum pragmaticum statui debere, cujus rei argumenta in fine dissertatiunculæ, vindiciis usus hujus destinato, cerni poterunt.

#### C O N S. XI.

Objectum Juris Protimiseos Germanici sunt omnes res immobiles in commercium positæ, sive vere sive per fictionem juris tales, veluti res solo cohærentes, res in loco perpetui usus gratia collocatæ, corporales & incorporales, veluti *jura* &c. cum singulares s. discretæ, tum universales s. connexæ.

In supra prolatis historicis monumentis nullam Juris Protimiseos in re mobili competentis prostat exemplum. Semper nonnisi de *bonis*, i. e. de fundis rebusque, quæ integræ ac salvæ loco moveri non possunt, sermo est. Ratio in eo poni debet, quod nostrates parvi semper æstimarunt mobiles res, ita ut earum alienatio nec judiciali auctoritate indigeret, nec alio modo penes ipsos restricta esset. Fundi contra, prædia, villæ & agri permagnum semper valorem in Germania habebant, & nonnisi ex his una cum pertinentiis & accessoriis patrimonium patrisfamiliæ proprie constabat. Hinc cum in his quidam jure communionis s. codominii in sensu latiori talis gauderent; secundum ea, quæ supra jam in medium protulimus, necessariò devenimus ad conclusionem, quod nonnisi in eisdem Juris Protim. exercitium usitatum fuerit. Objiciet quis forsitan nobis, Ill. SELCHOVIUM in Elem. Jur. Germ. §. 469. Juris Protimil. domino jurisdictionis intuitu annonæ & rerum comestibilium competentis mentionem facere, adeoque consuetarium nostrum res mobiles excludens erroneum ac falsum esse. Verum enimvero hoc theses nostræ veritati non obstat. Etenim in his illis territorii per ordinationes particulares *recentiores* demum ejusmodi Protimiseos jura introducta sunt. Cumque ordinationum harum in rebus mobilibus Protimiseos Jus hic ibi tribuentium originem curatius per-

vesti-

vestigaveris, omnes ex capite *Politiae* descendere adeoque ex rationibus peculiaribus & prorsus heterogeneis latas esse, invenies.

Illud autem vix monendum videtur, quod cognatis, ceu heredibus proximis & codominis totius patrimonii, Protimiseos jus in omnibus ac singulis bonis inamobilibus, domino autem directo non in omnibus, sed nonnisi in bonis in dominium utile concessis, pariterque sociis s. Ganerbiis nonnisi in bonis in consociatione comprehensis, competat. Nam termini communionis necessario etiam sunt termini Juris Protim.

#### C O N S. XII.

Cessat Jus Protim. Germanicum duobus potissimum modis, nimirum renuntiatione aut expressa, aut tacita.

Renunciatio expressa aliud nihil est quam facta post denuntiationem & oblationem intra terminum consuetum de non emendo declaratio. Tacita renuntiatio duplicis generis penes Nostrates erat. Etenim primo *consensus* in alienationem tertio faciendam, quippe qui nonnisi a codominis in sens. l. talibus impertiri solebat, inspecto fine suo aliud nihil erat, quam voluntatis declaratio se jure tertium præcludendi in gratiam tertii hac vice uti nolle. Quam tacitæ renuntiationis speciem tot chartarum & diplomatum myriadibus testantibus usitatissimam semper fuisse nemo sane negabit. Deinde vero &, si in is, qui jure Protim. gaudet, post factam ipsi oblationem intra legitimum tempus suam de emendo vel non emendo voluntatem declarare omiserit, cum tamen declarare *potuisset*, necessario tacita renuntiatio statuenda erat. Id quod pariter per indirectum ex antiquis monumentis adparet.

#### C O N S. XII.

Jus Protimiseos Germanicum valde differt a jure per pactum de retrovendendo constituto.

Pactum de retrovendendo est promissio acceptata, qua conveniunt, ut, si venditor ejusve heres, quandocunque vel intra certum tempus certum pretium emtori offerat, res vendita ei restituatur. Jus ex pacto de retrovendendo quæsitum in eo quidem cum Protimiseos jure conspirat, quod libertas alienandi eatenus restringitur, quatenus is, qui alterutro fungitur, præ ceteris jus rem in casu alienatio-

tionis acquirendi habet. At salva hac affinitatis specie his tamen inter se differunt:

1) Pactum de Retrovendendo *semper* præsupponit venditionem rei, quæ antecessit, in Jure Protimiseos autem hæc nequaquam necessariò supponenda est, cum jus hocce etiam alii, qui venditor antea haud fuit, rem nunquam ceu dominus in sensu strictiori talis possedit, in alium, qui rem non emit, sed & forsan ex alio titulo in dominio stricto habet, competere soleat.

2) Sub pacto de Retrovendendo pignus palliatum aut pravitas usuraria latere potest, sub pacto de Jure Protim. constituendo nunquam.

3) Jus ejus, qui retrovenditionem exigere potest, pacto nititur, Jus autem Protimiseos aliis quoque modis, lege potissimum & consuetudine constitutum est.

4) Jus ex pacto de retrovendendo est jus absolutum, emtor enim simpliciter obligatus est, ut aut intra certum tempus aut quando-cunque venditori rem restituat, e contra Jus ex pacto de protimiseos jure constituendo est jus conditionatum, & non nisi sub hac conditione locum habet: sin is, in quem competit, rem alienaturus sit.

5) In Retrovenditione emtor impensas necessarias & utiles deducit, & voluptuarias tollit, in jure protimiseos autem hæc deductio non semper locum habet, cum id primariò ante alienationem rei tertio jam factam exerceatur.

#### C O N S. XIV.

#### Jus Protimiseos Germ. summopere differt a jure Retractus.

Theseos hujus veritas prorsus ignota quondam fuit, quin etiam recentioribus adhuc temporibus permultos subacti aliàs judicii viros illius interdum immemores fuisse, omnino asseri potest. Potissimum vero ab antiquioribus Jctis, Juris peregrini amore a capite ad calcem tinctis & immeris, quippe qui, postquam Jus Germanicum evertere incassum tentassent, instituta patria parum curate tractarunt, ultra quam dici potest confundebantur Protimiseos & Retractus jura. Protimiseos & Retractus jus ceu synonyma considerabant. Hinc semper deceptos nosmet videbamus, cum dissertatiun-

cu-

culam hanc conscribentes & antiquiores libros: *de Jure Protimiseos* inscriptos adire cupientes, ex compluribus momenta subsidaria foecundissima depromi posse speraremus. Omnes enim ejusmodi antiquiores libri ac commentationes, quibus verba: „de jure protimiseos;” tituli loco præfixa sunt, neutiquam de hoc, tanquam, jure proprio & singulari, sed de Jure Retractus agunt. Cujus rei argumento allegare sufficit *Math. de Afflictis* de jure protim, *Benedelium* de jure protim, *Pegium* de jure protimiseos, congrui *vel* retractus, *Bocerum* de jure Protim, *MAIER* de jure præhonorario. *WERNER* de jur. prot. seu Retract.

Noviore demum ætate, exulto melius jure domestico vitiosa & incongrua hæc idearum confusio sensim sensimque summtota est ac propulsata.

Jus *Retractus* est jus rem jamjam alienatam & traditam a novo possessore, soluto eodem, quod hic dedit, pretio exigendi. Jus hoc communia quædam cum Protimiseos jure omnino habet. Similitudo enim & convenientia Jur. Prot. cum Retractu in his cernitur: Primo conveniunt inter se ratione finis primarii, quippe qui in utroque unus idemque est & in exclusione tertii consistit. Secundo conspirant ratione obligationis principalis ejus, qui prærogativam suam exercet. Uterque enim necessariò tantundem solvere paratus esse debet, quanti ea res tertio acquirere cupienti vel acquirenti, cujus exclusio intenditur, aut alienata esset aut alienata est. Tertio conveniunt ratione subjecti inhænsionis. Utrumque enim est jus in re radicum. Quarta consonantia adest ratione legum, quarum applicationem nullam recipiunt. Retractus enim originis mere Germanici est, & omnes definitiones, intuitu indolis originariæ ex Juris peregrini principiis petitas, pariter ac Jus Protim. Germanicum respuit.

Verum nihilo tamen minus instituta hæc sibi invicem haud proffus absimilia valde inter se differunt. Discrimen elucet in his:

1) Omne Jus Retractus sive conventionale, sive testamentarium, sive legale sit, semper *nonnisi post* alienationem tertio jamjam factam exerceri potest; e contra jus Protimiseos primariò in alienatione demum facienda, & tantum subsidarie post illam jam factam exercetur.

2) In Jure Retractus nulla adest alienantis ad præviam denunciationem alienationis & oblationem rei obligatio, contra in Jure Protimiseos essentiale quid est alienantis denunciatio & oblatio.

F

3) Ex



3) Ex Jure Retractus agitur ad rem retrahendam, ex Jure Protimiseos autem: a) alienatione nondum facta ad rem venalem auctori, idem quod alii darent dare volenti, præ aliis tradendam, b) alienatione autem tertio non observatis observandis facta ad rescissionem alienationis nulliter susceptæ & extradendam rem nulliter acquisitam.

4) Jus Retractus qui exercet, pretium rei ordinarie non alienanti sed tertio, cujus locum subit, possessori exsolvit, contra ab eo, qui Protimiseos Jure fungitur, alienanti pretium rei a tertio, quem præcludit, oblatum solvitur.

5) *Retractus est Institutum Germanicum ætate inferius, Jus Protimiseos contra antiquius est Institutum ad primos usque domestici Juris fontes retrorsum scandentibus conspicuum.* Differentia hæc haud exigui momenti propius ad trutinam abs nobis revocanda est.

Neutiquam ad stipulari possumus iis, quibus Retractus Jus antiquissimum Germanicæ Institutum, ævo Merovingico jam usitatum, esse perfectum est. Longe enim aliter se res habet. Antiquiore nec non incunte medio ævo non nisi Protimiseos Jus, seu institutum universale inalienabilitatem respectivam rerum quarundam secum ferens vixit. Perfecto in omnibus illis præcis legibus & vetustioribus chartis, quas supra attulimus, nullo modo Retractus, sed non nisi Protimiseos Jus detegimus & deprehendimus. In omnibus enim tum *denunciatio* tum *oblatio* prævia præcipitur & iungitur, quæ tamen in Retractus *nunquam requiritur*, contra in Jure Protimiseos, uti supra in præmissis generatioribus uberius abs nobis demonstratum est, ad *essentiam* ejus pertinet. Exeunte demum medio ævo retractum sensim invaluisse & tunc quoad nomen, tunc quoad rem ipsam in legibus atque pactationibus plerisque deprehendi videmus. Retractus igitur Institutum ætate inferioris esse, quæ, quæso, potest esse dubitandi ratio?

Jam vero facile quis quæstionem proferet discutiendam: quomodo accidit, ut præter Protimiseos Jus institutum aliud ad eundem finem perducens, quale est Jus Retractus, a nostratibus introductum & postea tam late propagatum fuerit? Nostra ea de re hypothesis hæc est.

Primo haud dubie accidere sæpius assolebat, ut ille, cui Jus Protimiseos ex instituto patrio competuit, tempore imminenti alienationis fa-

faciendæ, quo Jus illud exercendum fuisset, præsentî pecunia careret, & propter hunc defectum Jus suum exercere haud potis esset.

Quum tamen duriusculum videretur, eum, qui Protimiseos Jure gaudet, eam ob causam, quod alienationis instantis tempore pecuniam in numerato non habebat, Jus suum ex communione s. codominio in sensu latiori tali quæsitum amittere, nec exercere posse, Germani æquitate naturali moti tacito consensu & observantia his, quæ Protimiseos Jus competebat, facultatem intra certum temporis spatium rem ab novo emtore reuendi concedere cœperunt.

Deinde pariter evenire potuit, ut ille, cui Jus Protim. compete-  
tebat, in absentia vel necessaria vel voluntaria laudabili tempore alienationis versaretur, ideoque Jus suum exercere nequiret. Jam etiam in hoc casu Germanis iniquum visum fuit, talem hominem propter talem causam, quæ impedimento fuit, quo minus Jus suum is exerceret, hoc amittere, ideoque post reditum juris præferentiæ exercitium postliminii quasi jure concedere solebant. Argumento hujus rei sunt *Speculi Suevici* verba: (Cap. XXXI. Edit. Senkenb.) „Und „kompt der, der es do erben soll in rund iahr und tag, und beredt „zu den heiligen, daß er nit gewißt habe, daß man das verkauffen „wolt, oder ander ehchafte not, so soll man ihm sein Gut zu lösen „geben, und soll der Richter ienen nöitten, daß er die Lösung wieder „nehme, das ist recht. „ &c.

Denique cum Jus Protimiseos ceu Jus in re radicum etiam post alienationem tertio jam factam exerceri posset, si quidem hæc omiſſis observandis, adeoque nulliter suscepta fuerat, forsan in defectu hinc hic abiit denuantiandi & offerendi ritus, quoniam Germanis hac ratione non adeo necessarius videbatur, jure quippe semper in salvo manente etiam non impleta offerendi obligatione.

Tali modo Jus Retractus pededentim invaluit usuque receptum est. Quod institutum antiquo Juri Protimiseos existentiam suam debens — ita arrisit Germanis, ut in illo ratione juris præferentiæ fatutos sese existimantes de vero ac proprio Protimiseos Jure jam minus solliciti essent, experientia quippe edocti, Retractum ad eundem finem perducere. Tandem eo res pervenit, ut verum Protimi-



mifeos sensum hic ibi exolesceret, ut Jure consulti nonnisi rerum romanarum cupidi & domesticorum Institutorum haud bene gnari illud cum Retractu confunderent ac pro mero synonymo haberent, ut circa objectum, cujus intuitu Jus Protimifeos verum quondam competiit jam nonnisi Retractus secundum statuta a *Romanizantibus* reformata competeret, & illi quoque, qui praeserentiam in emtione rei appetebant, qua ipso jure carebant, jam non Protimifeos sed Retractus Jus conventionale sibi constituerent. Sic igitur factum est, ut in plerisque provinciis & civitatibus Imperii Jus *Retractus* gentilitii, in locum Juris Protimifeos gentilitii, quod antiquioribus temporibus unice ibi viguit, succederet, & in Statutis inferioris ætatis nonnisi de facultate retrahendi (*Erblosung*, *Freundlosung*) neque vero de praeserentia in alienatione nondum consummata, & de obligatione rem consanguineo prius *offerendi* ullibi sermo sit.

Et hæc sunt nostræ de Retractus origine, progressu, & dejectrice (sit venia barbaro verbo) erga Jus Protimifeos relatione cogitationes, quas tamdiu tuebimur, donec melior & probabilior hypothesis eas refutaverit.

Ceterum Protimifeos Jus Protimifeos nihilo tamen minus firmum hic ibi mansit, nec in hoc illove Jure Provinciali & statutorio, aut pacto antiquitus celebrato & postea renovato plane eliminari & per ineptam confusionem e possessione dejici potuit. Apud complures simpliciter illud retinebatur, frequenter autem super iisdem rebus, quarum intuitu Jus Protimifeos quondam competeat, insimul etiam Jus Retractus modo subordinato per varia statuta & pactiones constitutum est. Hoc autem nemini ridendum videri debet. Etenim Jus Protimifeos & Jus Retractus (uti supra jam monuimus) non sunt jura plane æqualia. In *sine* quidem inter se conveniunt, tendunt enim ad exclusionem tertii a dominio rei alienandæ aliquando habendo. Ast tanquam *modi* & *via* ad finem huncce perveniendi considerata, toto coelo inter se differunt. Jus Retractus semper nonnisi alienatione in tertium jamjam facta exerceri potest, Jus Protimifeos autem primario in alienatione etiam demum facienda locum habet; quodsi enim res venalis in tertium alienanda nondum vere alienata est, is, cui Protimifeos Jus competit, contra *dominum alienaturum* agere-



re potest ad offerendam, ipsique — ceteris paribus — præ aliis cedendam rem venalem, cum e contrario is, qui Jure Retractus solo gaudet, *nunquam* contra dominum alienantem, sed tantummodo contra novum possessorem actionem habeat. Discrepantia hæc adeo ponderosa est, ut beati illi dicendi sint, quibus secundum Legum provincialium, Statutorum, Jurium pactitiorum recentiorum, quæis subiecti sunt, tenorem, Jus priscum Protimiseos aut solum retinere, aut super iisdem rebus etiam Retractum quidem, sed nonnisi salva & intacta Juris Protim. integritate servatoque magno inter utrumque discrimine materiali habere contigit. Etenim:

1) Si Jure Retractus gaudes, adeoque nonnisi alienatione jamjam facta & contra tertium duntaxat possessorem agere potes, sane haud certum est, num rem plane immutatam & prorsus in eadem qualitate accepturus sis, in qua illam penes dominum alienantem antea vidisti. E contrario si Jure Protimiseos munitus es, jus præferentiæ tale tibi competit, quod primariò ante alienationem tertio jam factam exercere potes ac debes, & sicce rem a nullo tertio mutatam in ea qualitate immediate accipere potes, in qua apud dominum alienantem illam cernebas.

2) In Juris Retractus exercitio semper novus tertius possessor supponitur. Igitur non solum idem illud abs te præstari debet, quod ille alienanti domino præstitit, sed & ad restituendas impensas saltem necessarias ab illo durante possessione noviter acquisita in rem factas ipsi obligatus es. In Jure Protimiseos autem, utpote quod regulariter primariò ante alienationem tertio jam factam exercetur, obligatio circa impensas ejusmodi restituendas cessat, cum res a domino alienante immediate in tuas, nec in tertii manus transierit.

3) Juris Retractus exercitium, quippe quod nonnisi alienatione jam facta locum habet, variis difficultatibus urgeri potest. Emptor enim & novus rei possessor talis esse potest, qui rem retrahendam cavitus tibi cedit, cujus animus insuper justitiæ amore vacat & tantummodo pro suis commodis pugnat, in quo tanta vexandi libido est, ut hoc ipsum eum delectet vexare, etiamsi causa non esset, qui omnia in nescio quam dilatandorum finium & corradendarum opum nefariam artem convertit, pessimis machinationibus incrementa facultat-

tatum quærit, pœnam non timet, culpam minus horret, dummodo terræ pugillum novum captet, quique præterea te potentior & difficulter conveniendus est. Quodsi jam Juris tui exercitium tali modo innumeris molestiis scopulisque expositum est, nil sani efficietur, nil boni consequetur. Ex aliena malignitate alienum damnum emergit! Contra Juris Protim. exercitium primariò in alienatione tertio demum facienda locum habet, quapropter is, qui eo gaudet, eo ipso facultatem habet impediendi, quo minus res in tertii potentioris manus perveniat, ipsumque eam ab illo ceu emtore retrahere oporteat, dominus enim obligatus est rem ipsi — cæteris paribus — præ aliis tradendi, nec permagnas difficultates in adimplenda obligatione sua movebit, cum propter solutionem ejusdem pretii ipsius non valde interesse possit, ecquis rem suam accipiat.

C O N S. XV.

Cum detur Jus Protimiseos origine ac indole sua Germanicum, id ad normam Juris peregrini neutiquam exigendum, sed ex propria natura, per leges & consuetudines antiquas potissimum definita, est dijudicandum.

Quævis Juris Protimiseos species, quæ ex antiquiori Instituto universali ad hodierna usque tempora se conservavit & nunc adhuc viget, primariò ex Germanico, quo continetur, statuto, deinceps vero in subsidium ex enucleatis juris patrii antiquati principiis ipsius indolem concernentibus unice dijudicari debet. Omni jure ad definiendas quæstiones circa Jus tale obvientes analogica ratio ex comparatione Jurium patriorum antiquorum desumpta præ omni legislatione peregrina adhibetur. Non potest igitur Juri Protimiseos Germanico Romana de obligationibus faciendi & conventionum effectibus theoria applicari, sed in dubio ad principia domestica qualitatem Juris in re &c. innuentia decurrendum est, ex his unice legitima quæstionum singularium ad Jus hoc pertinentium decisio peti debet, semoto jure peregrino etiam in his, quæ forsan similitudinem aliquam cum juris patrii instituto habere videntur. Confectaria igitur nostra, quatenus non *mere* historica, sed *thetica* sunt, practicum omni-

nino hodiernum usum habent, cum sint principia ex comparatione fontium Juris Protim. Germanici antiquiorum eruta, indolem juris protimiseos patrii definitia, determinationes Juris peregrini in perpetuum excludentia; quam veritatem quilibet æquus rerum æstimator procul dubio agnoscat.

Sed jam vela nobis hic contrahere liceat! Sufficiant hæc pro præsentis scopo nostro, sufficiant pro instituti ratione, quæ scripsimus! Equidem haud dubitamus, sed certo potius persuasum habemus, plura adhuc in materie hæc amplissima extare capita, de quibus edificare potuissemus, sed ne terminum speciminis academici transgrediamur, sufflaminandus sit calamus noster. Neque vero negamus, animum nobis esse, thema illud, super quo *tentamen* hocce scripsimus, commentatione uberiori alio fors tempore persequi. Finem itaque imponimus *tentamini*, lectores benevolos & præsertim eos, quibus cogitationes hæc examinandas subjicimus, etiam atque etiam rogantes, ut in censendis primitiis his Academicis voluntatem potius nostram quam factum ipsum censere velint, & humanæ infirmitati, a qua nos non immunes esse nulli negamus, eo facilius ignoscant, quo pauciores sunt, qui nobis — meliora edoceri semper paratissimi — in enucleando themate hocce præiverunt.

*E m e n d a n d a.*

- Pag. 2. l. 8. *specialius* pro *specialis*  
Pag. 3. l. 23. post *solvit* pon. comma & post *aliis* tollatur,  
Pag. 4. l. 7. deleatur *Et*.  
Ibidem l. 25. *agnatis* pro *agnotis*.  
Pag. 5. l. 32. *denuntiaverit* pro *denantiaverit*.  
Pag. 8. l. 5. *vorerst* pro *vonerst*.  
Ibid. l. 32. *vier* pro *viel*.  
Pag. 17. l. 12. post *protulimus* pon. comma.  
Ibid. l. 26. *institutum* pro *instituum*.  
Pag. 18. l. 25. post *Romani* del. comma.  
Ibid. l. 27. *ordo*, pro *ord*.  
Pag. 21. l. 2. post *civilis* pon. comma.  
Ibid. l. 7. post *composse* tollatur colon & pon. punctum.  
Ibid. l. 11. post *percipiendi* pon. comma.  
Ibid. l. 30. *ulterior* pro *vterior*.  
Pag. 23. l. 3. *provinciale aut* pro *provincialeaut*.  
Ibid. l. 10. post *dominum* pon. comma.  
Ibid. l. 15. post *desiderat* pon. *legat*.  
Pag. 24. l. 11. post *Gemeiner* ponatur comma,  
Pag. 25. l. 11. *sensu* pro *sensue*.  
Pag. 26. l. 24. *Billigkeit* pro *Biligkeit*.  
Pag. 27. l. 29. *sensu* pro *sensui*.  
Pag. 28. l. 37. *juri* pro *jure*.

Beliqua operarum sphalmata humanitati vel emendationi Lectoris candidi commendamus.

## CONSPECTUS.

I. Prolegomena p. 1—3.

II. Tractatio Thematicis.

1) Sectio prior, sistens.

- |                         |  |
|-------------------------|--|
| a) Legum German. antiq. | } seriem<br>} chronolo- p. 4—16.<br>} gicam. |
| b) Jur. statutar. ant.  |  |
| c) Monumentor. var. ant |  |

2) Sectio posterior, exhibens confectaria ex historicis his momentis promanantia, & quidem:

- Conf. 1. Datur Jus Protimifeos Germanicum p. 17—18.  
Conf. 2. Jus Protimifeos German. aut legale est aut conventionale p. 18—19.  
Conf. 3. Universalitas Germanici J. P. Instituti p. 20—25.  
Conf. 4. Causa productiva remotior, Juris Prot. Germ. legalis p. 25—26.  
Conf. 5. Qualitas Jur. Prot. Germ. ratione subjecti inhaesionis p. 26—31.  
Conf. 6. Ambitus Jur. Prot. Germ. intuitu casuum alienationis p. 31—36.  
Conf. 7. Pretii ab exercente Jus Prot. Germ. solvendi determinationes p. 36.  
Conf. 8. Tempus exercitii Jur. Prot. Germ. p. 36—37.  
Conf. 9. Collisionis plur. Jurium Protim. dijudicatio p. 37.  
Conf. 10. Praesumptio pro Jure Protim. heredum &c. in Germania militat. p. 37—38.  
Conf. 11. Objectum Jur. Prot. German. p. 38—39.  
Conf. 12. Contraria Juris Prot. German. p. 39.  
Conf. 13. Differentiae Jur. Protim. German. a jure ex pacto de retrovendendo p. 39—40.  
Conf. 14. Discrepantia ejusdem a Retractu p. 40—46.  
Conf. 15. Fontes decidendi in Jure Prot. German. qui sint primario adhibendi? p. 46—47.

III. Conclusio.

DOCTISSIMO DOMINO AUCTORI

P R Æ S E S.

Non ut dissertationi *Tuae*, quam eruditionis & propriæ meditationis plenam judicabunt æqui peritique æstimatores, hederam, qua opus non habet, suspendam, hanc ad TE scribo epistolam, sed ut eam totam *Tuam* esse, meque iis, quæ scripsisti, ne lineolam quidem vel addidisse vel detraxisse, publice tester.

Cum enim paucis abhinc diebus eam mihi offerres, simulque significares, eandem hoc ipso adhuc mense defendendam esse, facile perspexi, neque *Tui* neque mei temporis rationes permittere, ut ego de iis, in quibus forsitan aliter sentio, aliquid addam. Quapropter ab omnibus interpolationibus abstinui, nullus dubitans, TE eam, quam proposuisti, maxime disputabilem sententiam, pro ingenii *Tui* felicitate mascule defensurum.

De laudabili hoc studiorum *Tuorum* academicorum fine non *Tibi* solum, sed imprimis etiam *Ill. Dno Parenti* ex animi sententia gratulor, Deumque precor, ut itinere, quod paras, feliciter peracto, Te salvum lætumque in amplexus omnium eorum, qui Tibi ob sanguinis vincula & e merito tuo bene cupiunt, redire jubeat. Vale & quod facis, me amare perge.

Dab. Tubingæ d. XV. Sept. 1797.

1018


**ULB Halle**  
005 361 877

3









B.I.G.

Farbkarte #13

TENTAMEN INAUGURALE JURIDICUM  
DE  
JURE PROTIMISEOS GERMANICO

401

1797 1.

AUTORITATE AMPLISSIMI JURECONSULTORUM ORDINIS

SUB PRÆSIDIO

DOMINI

SIXTI JACOBI KAPFF

12

JURIS UTRIVSQUE DOCTORIS ET PROF. PUBL. ORDIN.  
SERENISSIMI WIRTEMBERGIE DUCIS CONSILIARII INTIMI

DIACASTERII SUPREMI ATQUE COLLEGII ILLUSTRIS ASSESSORIS

FAUTORIS SUI AC PRÆCEPTORIS PIE COLENDI

PRO LICENTIA

SUMMOS IN JURE HONORES CAPESSENDI

DIE XXVII. SEPTEMBRIS MDCCXCVII.

PUBLICÆ DEFENDENDUM

AUCTORE  
CHRISTIANO CAROLO AUGUSTO KLOTZ  
TUBINGENSI  
PHILOSOPHIÆ MAGISTRO

TUBINGÆ TYPIS FUESIANIS.